



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvodlibet III. Continet Quæstiones XIII. Et Articulos XXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

antem sanatur per reformationem imaginis, quae quidem fit per opera satisfactionis: sed cruce signatus decedens ante iter arripit, nullum laborem sustinuit ad reformationem imaginis. ergo nondum est sanatum vulnus, & sic non poterit ad gloriam statim peruenire antequam penas purgatorii patiat.

¶ Prae. Quilibet sacerdos videtur talibus verbis, Ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis: si ergo cruce signatus decedens euolatet, pari ratione quilibet alius a quoque sacerdote absolutus, quod est in eo ueniens.

R E S P O N D. Dicendum, quod ad euidenciam huius questionis, sicut supra dictum est, opus unius potest esse satisfactorium pro alio, ad quem per intentionem facientis refertur. Christus autem pro ecclesia sua sanguinem suum fudit, & multa alia fecit & sustinuit, quorum estimatio est infiniti valoris propter dignitatem personae, unde dicitur Sap. 8. quod infinitum est in illa thesaurus hominibus. Similiter etiam & omnes alii sancti in intentionem habuerunt in his quae passi sunt, & fecerunt propter Deum, ut hoc esset ad utilitatem non solum sui, sed etiam totius ecclesiae. Totus ergo iste thesaurus est in dispensatione eius qui praesit generali ecclesiae: unde Petro Dominus claves regnum caelorum commisit, Mat. 16. Quando ergo uisitas, vel necessitas ipsius ecclesiae hoc ex postulat, potest ille qui praesit ecclesiae de ista infinitate thesauri communicare alicui, qui per charitatem fit membrum ecclesiae, de praedicto thesauro quantum sibi visum fuerit opportunum vel usque ad totalem remissionem penarum, vel usque ad aliquam certam quantitatem, ita scilicet quod passio Christi, & aliorum sanctorum ei imputetur, ac si ipse passus esset, quantum sufficeret ad remissionem sui peccati, sicut contingit cum unus pro alio satisfacit, ut dictum est. Ad hoc ergo quod indulgentia alicui valeat, tria requiruntur. Primo, causa pertinens ad honorem Dei, vel ad necessitatem, aut utilitatem ecclesiae. Secundo, autoritas in eo qui facit. Papa enim potest principaliter, alii vero in quantum potestatem ab eo accipiunt, vel ordinariam, vel commissam, seu delegatam. Tertio requiritur ut sit in statu charitatis, ille qui indulgentiam percipere uult, & haec tria designantur in litera papali. Nam causa conueniens designatur in hoc, quod praemittitur de subsidio terrae sanctae. Autoritas uero in hoc, quod fit mentio de autoritate Apostolorum Petri & Pauli, & ipsius Papae. Charitas autem recipientis in hoc, quod dicitur, Oibus uere penitentibus & confessis, non dicitur, & satisficientibus: quia indulgentia non excusat a contritione & confessione, sed cedit in locum satisfactionis. Est ergo dicendum in questione proposita, quod si secundum formam papalis litterae indulgentia concedatur accipientibus crucem in subsidium terrae sanctae, cruce signatus statim habet indulgentiam, et si decedat antequam iter arripiat, quia sic causa indulgentiae erit non iter, sed votum itineris. Si autem in forma litterae contineatur, quod indulgentia detur his qui transierint ultra mare, ille qui decedit antequam transeat, non habet indulgentiam, quia non habet indulgentiae causam.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod in hoc ultimo casu deficit in cruce signato decedente illud quod est principalis, scilicet indulgentiae causa.

A D S E C U N D U M Dicendum, quod per autoritatem solus Deus culpam remittit, sed ministerio etiam sacerdos, in quantum exhibet sacramentum remissionis peccati, puta, in baptismo, vel penitentia: & tamen indulgentia non se extendit ad remissionem

culpa, quia non est sacramentalis, unde non sequitur ordinem, sed iurisdictionem, potest enim & non sacerdos indulgentiam concedere, si sit cui committitur, & ideo poena totaliter remittitur si causa subsistat, non autem si causa deficit.

A D T E R T I V M Dicendum, quod satisfactio & est punitiua, in quantum est actus iudicatiuae iustitiae, & est etiam medicatiua, in quantum est quoddam sacramentale. Indulgentia ergo supplet locum satisfactionis in quantum est punitiua, quia poena, quam alius sustinuit, imputatur illi ac si ipse sustinisset, & ideo reatus poena tollitur: sed non succedit in locum satisfactionis in quantum est medicatiua, quia adhuc remanent pronitates ad peccandum derelictae ex priori peccato, ad quas sanandas necessarius est labor satisfactionis. Et ideo cruce signatus, dum uiuunt, consulendum est ut non praetermittant satisfactionis opera, in quantum sunt praeseruatua a peccatis futuris, licet reatus poena sit totaliter solutus: nec ad hoc requiritur aliquis labor, quia sufficit labor passionis Christi, morientibus autem non est necessaria huiusmodi praeseruatua, sed solum liberatio a reatu poena.

A D I I I I. Dicendum, quod uerbu sacerdotis dicitur, Absoluo te ab omnibus peccatis tuis, non refert ad penam, sed ad culpam, cuius absolutioni nihil riu impendit: non potest autem aliquis absolui ab uia culpa, quin absoluiatur ab omni. Pena uero potest totaliter dimitti, vel particulariter. Particulariter quidem in absolutione sacramentali pena dimittitur: totaliter uero in spiritali gratia indulgentiae, sicut etiam Dns dicit Io. 8. mulierem adhaerere. Non te condemnabo, uade & amplius non peccare.

INCIPIIT QVODLIBET TERTIVM.

QV A E S T I O I.

Q V A E S I T I V M est de Deo, de angelis, de hominibus, & de creaturis pure corporalibus, de Deo quaesitum est & quantum ad naturam diuinam, & quantum ad naturam humanam assumptam.

¶ Circa diuinam naturam quaesita sunt duo de potentia Dei.

¶ Primo, Vtrum Deus possit facere quod materia sit sine forma.

¶ Secundo, Vtrum possit facere quod idem corpus simul localiter sit in duobus.

ARTICVLVS PRIMVS.

A D P R I M V M sic proceditur. Videtur, quod Deus possit facere quod materia sit sine forma. Sic enim dicitur in materia sua esse dependet a forma, ut accidens a subiecto: sed Deus potest facere quod accidens sit sine subiecto, ut patet in sacramento altaris, ergo potest facere quod materia sit sine forma.

S E D C O N T R A. Deus non potest facere contra dictoria esse simul. Sed materia esse sine forma implicat contradictionem. eo quod esse materiae importat actum, qui est forma, non ergo Deus potest facere quod materia sit sine forma.

R E S P O N D. Dicendum, quod uniuersumque reum actiua est estimanda secundum modum essentiae, eo quod unumquodque agit in quantum est ens actiuum. Unde si in aliquo inueniatur forma aliqua, uel natura non

734

non limitata, seu contracta, erit virtus eius se extendens ad omnes actus, vel effectus convenientes illi naturae, puta, si intelligeretur esse calor per se subsistens, vel in aliquo subiecto, quod reciperet ipsum formam totum eius posse, sequeretur quod haberet virtutem ad producendum omnes actus & effectus caloris. Si vero aliquid subiectum non reciperet calorem formam eius totum posse, sed cum aliqua contractione & limitatione, non haberet virtutem actiuam respectu omnium actuum, vel effectuum caloris. Cum autem Deus sit ipsum esse subsistens, manifestum est quod natura essendi convenit Deo infinite absque omni limitatione & contractione, unde eius virtus actiua se extendit infinite ad totum ens, & ad omne id quod potest habere rationem entis. Illud ergo solum poterit excludi a diuina potentia, quod repugnat rationi entis; & hoc non propter defectum diuinae potentiae, sed quia ipsum non potest esse ens, unde non potest fieri. Repugnat autem rationi entis non ens simul & forma idem existens: unde quod aliquid simul sit, & non sit, a Deo fieri non potest, nec aliquid contradictionem includens, & de huiusmodi est materia esse in actu sine forma. Omne enim quod est actu, vel est ipse actus, vel est potentia participans actum: esse autem actu repugnat actioni materiae, quae secundum propriam rationem est ens in potentia. Relinquitur ergo quod non possit esse in actu, nisi in quantum participat actum: actus autem participans a materia nihil est aliud quam forma, unde idem est dictum, materiam esse in actu, & materiam habere formam. Dicere ergo quod materia sit in actu sine forma, est dicere contradictoria esse simul, unde a Deo fieri non potest.

Ad illud ergo quod in contrarium obijcitur, dicendum, quod accidens secundum suum esse dependet a subiecto, sicut a causa sustentante ipsum. Et quia Deus potest producere omnes actus secundum causas ab ipse causis secundis, potest conseruare in esse accidens sine subiecto: sed materia forma sui esse actuale dependet a forma, in quantum forma est ipse actus eius, unde non est simile.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus possit facere idem corpus esse simul localiter in duobus locis.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod Deus possit facere vnum corpus simul esse localiter in duobus locis. Difficilius enim est quod haec substantia mutetur in illam substantiam, quam quod hoc accidens mutetur in illud accidens: sed in sacramento altaris ex hoc quod diuina virtute substantia panis remanentibus eius dimensionibus, secundum quas commensuratur loco, conuertitur in substantiam corporis Christi, sequitur quod idem corpus Christi sit non localiter secundum commensurationem propriam dimensionum, sed sacramentaliter in pluribus locis simul, ergo potest facere quod conuertatur dimensio huius corporis in dimensionem alterius corporis, & sic erit idem corpus localiter in duobus locis simul.

SED CONTRA. Omnia duo loca distinguuntur adinuicem secundum aliquam loci contrarietatem, quae sunt sursum & deorsum, ante & retro, dextram & sinistram: sed Deus non potest facere quod duo contraria sint simul, hoc enim implicat contradictionem, ergo Deus non potest facere quod idem corpus localiter sit simul in duobus locis.

RESPON. Dicendum, quod aliquid corpus esse localiter in aliquo loco, nihil est aliud quam corpus circumscribi, & comprehendi a loco secundum commensurationem propriam dimensionum: quod autem comprehenditur a loco aliquo, ita est in ipso loco, quod nihil eius est extra locum illud: unde ponere quod sit localiter in hoc loco, & tamen sit in alio loco, est ponere contradictoria esse simul, unde secundum praemissa hoc a Deo fieri non potest.

Ad illud ergo quod in contrarium obijcitur, dicendum, quod difficilius est hoc accidens mutari in illud accidens, quam hanc substantiam mutari in illam substantiam, tum quia duae substantiae conueniunt in subiecto materiali, quod est pars essentialis vtriusque substantiae, tum quia substantia habet indiuiduationem per seipsum. Accidens vero non est indiuiduabile per seipsum, sed per subiectum, unde non potest ei contineri quod hoc accidens conuertatur in hoc accidens: dato tamen quod haec dimensio conuertatur in illam dimensionem, non sequitur quod idem corpus esset in duobus locis simul, sed in vno tantum, quia sicut postquam substantia panis conuersa est in substantiam corporis Christi, iam non sunt ibi duae substantiae, sed vna tantum, ita etiam si haec dimensio huius corporis conuertatur in illam dimensionem alterius corporis, iam non erunt duae dimensiones, sed vna tantum, & sic non commensuratur diuersis locis, sed vno tantum.

QVAESTIO II.

DEINDE quaesitum est de Deo, quantum ad humanam naturam assumptam.

Et circa hoc quaesita sunt tria.

Primo, Quantum ad animam, vtrum scilicet anima Christi sciat infinita.

Secundo, Quantum ad corpus, vtrum scilicet oculus Christi post mortem dicat equiuocum oculis, vel vniuoce.

Tertio, Quantum ad actum coniuncti, qui est comestio, vtrum scilicet post resurrectionem Christus vere comedit incorporando sibi cibum.

ARTICVLVS III.

Vtrum anima Christi possit scire infinite.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod anima Christi possit scire infinita. Nullum enim donum creatum, cum sit infinitum, potest eleuare creaturam ad id quod est proprium Dei, quia talis est infinitum: sed gratia vnionis est donum creatum: cognoscere autem infinita est proprium Dei, cuius sapientie non est numerus, ergo anima Christi per gratiam vnionis non potest eleuari ad cognoscendum infinita.

Prat. Dio. u. c. cele. hier. ponit tria sibi proportio nata, quae sunt substantia, virtus, & operatio: sed substantia anima Christi non potest esse infinita, ergo neque virtus eius, neque operatio potest esse infinita, ut infinita cognoscat.

SED CONTRA. Intellectus anime Christi non est minor quam voluntas eius: sed meritum Christi, quod est actus voluntatis anime eius, est infinitus, quia fuit sufficiens ad infinitorum peccatorum abolitionem, est enim propitiatio pro peccatis totius mundi, ut dicitur i. Ioan. 1. ergo & actus intellectiuis anime Christi potest esse infinitus, ut infinita cognoscat.

RESPON. Dicendum, quod hic est opus multiplici dicitur.

An. 23. & r. 7. q. 47. art. 3. & con. 3. q. 10. & 102

3. p. q. 10. pr. 3. o. Et opus. 3. c. p. ca. 5.

ei distinctione. Primum enim considerandum est, quod infinitum potest dici & secundum formam, & secundum materiam. De enim infinitum ex eo quod non finitur. Finitur autem, & materia per formam, in quantum materia quae est in potentia ad diuersas species, determinatur ad unam specie per formam, & forma per materiam, in quantum forma speciei quae nata est esse in pluribus individuis, secundum quod recipitur in hac materia determinatur ad individuum. Sicut ergo materia sine forma habet rationem infiniti, ita & forma sine materia, & ideo quia ipsa essentia diuina non est recepta aliquo materiali, nec habet permissionem alicuius potentiae, sed est purus actus subsistens, ideo dicitur infinita, & quia unum quodque cognoscit per formam, & secundum quod est in actu, ideo infinitum secundum materiam est secundum se ignotum, ut dicitur in 3. phys. Infinitum autem secundum formam est secundum se notissimum, sed quo ad nos est ignotum, quia excedit nostri intellectus proportionem. Et quia quantitas est dispositio materiae, & infinitum quantitatis attenditur secundum potentiam in assumendo unum post alterum, & ideo infinitum quantitatis est secundum se ignotum, & non potest aliquis intellectus cognoscere infinitum quantitatis in post assumendo unum post alterum in numerando partem post partem. Item considerandum est, quod utroque modo contingit aliquid esse infinitum, simpliciter, & aliquid secundum quid. Si enim aliquod corpus sit infinitum secundum longitudinem non autem secundum latitudinem est infinitum secundum quid, si vero fuerit infinitum secundum omnes dimensiones, erit infinitum simpliciter. Similiter si intelligatur forma alicuius speciei esse non in materia, ut platonici posuerunt erit infinita secundum quid, quantum scilicet ad diuina illius speciei, tamen erit finita, in quantum scilicet determinatur ad genus & speciem: sed diuina essentia est simpliciter infinita, quia est absoluta ab omni circumscriptione generis, vel speciei. Item considerandum est, quod duplex est scientia. Vna dicitur scientia visionis, per quam cognoscuntur ea quae sunt, erunt, vel fuerunt. Alia simplicis notitiae, per quam cognoscuntur ea quae nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, sed esse possunt.

rex. cor. 9.

q. 476.

q. 1215.

Dicendum est ergo, quod Deus cognoscendo suam essentiam, quia comprehendit eam, cognoscit scientia simplicis notitiae diuina simpliciter quia cognoscit omnia quae ipse facere potest, non tamen cognoscit ea in post assumendo, scilicet numerando unum post aliud, sed omnia simul. Anima vero Christi non comprehendit essentiam Dei, & per consequens neque virtutem eius: unde non potest cognoscere omnia quae Deus facere potest, & ideo non cognoscit infinita simpliciter: comprehendit autem anima Christi totam potentiam creaturam. In potentia autem creaturae sunt infinita non simpliciter, quia potentia creaturae non se extendit ad omnia quae Deus potest, sed secundum aliquod genus, sicut continuum est in potentia ad infinitas diuisiones, unde anima Christi scientia simplicis notitiae cognoscit infinita secundum quid, quae sunt in potentia creaturae.

Et per hoc patet ratio ad obiecta. Nam primae duae rationes procedunt de cognitione infinitorum simpliciter.

Ad III. dicendum, quod voluntas aeterna Christi est virtus finita simpliciter, sicut & intellectus eius: meritum autem Christi habet infinitatem ex dignitate in quantum se habet meritum Dei, & hominis.

ARTICVLVS IIII.
 Verum oculus Christi post mortem fuerit oculus aequiuoce.
 Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod oculus Christi post mortem non fuerit aequiuoce oculus. Corpus enim Christi, & quilibet partem eius substantiantur per hypostasim Dei verbi, sed hypostasis verbi Dei mansit unita corpori Christi, & partibus eius post mortem, ergo fuit idem secundum substantiam corpus Christi post mortem, & ante secundum totum, & secundum omnes partes eius, non ergo oculus Christi fuit aequiuoce oculus post mortem.

Preter philosophi loqui non poterunt nisi de nomine puro: sed Christus non fuit purus homo, sed homo & Deus, ergo quod philosophus dicit, oculum hominis mortui aequiuoce oculum, non habet locum in Christo.

SED CONTRA. Christus est vniuoce homo cum aliis hominibus, & mors eius fuit vera, sicut & aliorum hominum mors. cum ergo oculus cuiuslibet hominis mortui aequiuoce oculus dicatur, videtur quod etiam oculus Christi post mortem sit aequiuoce oculus.

RESPON. Dicendum quod aequiuoce & vniuoce dicitur secundum diffinitiuam rationem eandem, vel non eandem: ratio autem diffinitiuam cuiuslibet speciei sumitur a forma specifica ipsius. Forma autem specifica hominis est anima rationalis, unde remota anima rationali non potest remanere homo vniuoce, sed aequiuoce tantum. Operatur autem idem accipere in partibus quod est in toto, nam sicut anima se habet ad totum corpus, ita pars anime se habet ad partem corporis, ut videtur ad oculum, ut dicitur in secundo de anima: unde separata anima a corpore, sicut non dicitur homo nisi aequiuoce, ita nec dicitur oculus nisi aequiuoce, & hoc indifferenter siue praesupponatur alia forma substantialis in corpore ante animam rationalem, ut quidam volunt, siue non, ut magis videtur conclusionum veritati. Quodcumque enim essentia alium principiorum subtrahatur, iam non remanebit eadem ratio speciei, unde nec nomen vniuoce dicitur. Solo autem hoc modo anima recedente remaneret corpus humanum & partes eius secundum eandem rationem speciei, si anima non vniueris corpori ut forma, sed tunc sequeretur quod nec per vniueris anima esset substantialis generatio, nec per separationem corruptio, quod quidem ponere in corpore Christi est haereticum. Dicitur enim Damascenus in 3. libro. Quod corruptionis nomen duo significat. Significat enim humanas has passiones, scilicet famem, sitim, laborem, clauorum perforationem, mortem, scilicet separationem anime a corpore, & quaecumque talia. Significat etiam corruptio perfectam corporis in ea, ex quibus compositum est, cuiusmodi experimentum corpus diuinum non habuit, ut propheta. Non dabis sanctum tuum videre dialosa, id est, destructionem. Incorruptibile autem simpliciter Iulianum, & Galanum corpus Domini dicere secundum primum corruptionis significatum ante resurrectionem, impium est. Si enim corruptibile non omissionem, scilicet substantialia nobis, & non veritate facta sunt, quae facta esse Euangelium ait, opinione, & non ueritate saluati sumus. Sicut ergo Christus in triduo mortis propter separationem anime a corpore, quae est vera corruptio, non dicitur fuisse homo vniuoce, sed homo mortuus: ita nec oculus eius in triduo mortis fuit vniuoce oculus, sed aequiuoce, sicut oculus mortuus, & eadem ratio de

de aliis partibus corporis Christi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod substantia dicitur dupliciter. Quandoque n. sumitur pro hypostasi, & sic verum est quod corpus Christi substantiatum manet per hypostasim Dei verbi. Non n. per mortem soluta est unio verbi neque ad animam, neque ad corpus, & sic remanet simpliciter idem corpus numero secundum hypostasim, siue suppositum, quod est persona verbi. Alio modo, accipitur substantia pro essentia, vel natura, & sic corpus Christi substantiatum per animam sicut per suam formam, non autem per verbum, quia verbum non vnitur corpori vt forma: hoc n. est haereticum, secundum haeresim Atrii & Apollinaris, qui posuerunt verbum esse in Christo loco animae. Sequeretur etiam quod esset unio Dei & hominis facta in natura, quod pertinet ad haeresim Eutichis. Sic ergo corpus Christi post mortem est simpliciter idem secundum substantiam, quae est hypostasis, non autem secundum substantiam quae est essentia, vel natura. Vniuersalis autem & aequiuocatio non respicit suppositum, sed essentiam, vel naturam, quam significat distinctio.

AD SECUNDUM dicendum, quod etsi Christus non sit purus homo, est tamen verus homo, & mors eius fuit vera mors: unde quicquid est verum de homine in quantum est homo, & de morte hominis, totum est verum de Christo, & de morte eius.

ARTICVLVS V.

Verum Christus post resurrectionem vere comedit, cibum sibi incorporando.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod Christus post resurrectionem vere comederit, cibum sibi incorporando, quia vt Augustinus dicit in lib. 83. quaestionum. Si fallit, veritas non est: unde nulla fictio decet Christum, qui est veritas: esset autem fictio, si non vere sibi cibum incorporaret, quem ipse comedere videbatur. Uere ergo comedit incorporando sibi cibum.

SED CONTRA est, quod Damascenus dicit, quod Christus, & si gustauit cibum post resurrectionem, sed non lege naturae, sed dispensationis modo, veritate credere facies resurrectionis, & quod haec eadem caro est, quae passa est, & resurrexit.

RESPON. Dicendum, quod aliquid dicitur esse verum dupliciter. Vno modo, veritate significationis. Alio modo, veritate naturalis speciei, sicut vox est vera veritate significationis, quando significat esse quod est. Veritas autem naturalis speciei dependet ex principiis speciei, non autem ex effectibus, vel ex his quae quocumque modo consequuntur: unde vox dicitur vera veritate naturalis speciei, quando formatur debitis instrumentis, & ex ore animalis profertur cum quadam imaginatione, etiam si a nullo audiat: quod est effectus consequens uocem. Legitur autem in scripturis absque necessitate & angeli comedisse, & Christus post resurrectionem, & utraque comestio fuit uera, ut Augustinus dicit 13. de ciuitate Dei, aliter tamen & aliter. In angelis enim fuit uera veritate significationis, quia Augustinus dicit ibidem, angeli comederunt non quia indigebant, sed quia uolebant & poterant, ut hominibus quadam sui ministerii humanitate congruerent. In Christo autem fuit uera comestio ueritate naturalis speciei, fuit enim exercita naturalibus instrumentis ad hunc actum ordinatis: & etiam fuit uera ueritate significationis, quia significabat ueritatem humanae naturae in corpore resurgente. Quod autem cibum conuertatur in corpus, est quoddam con-

sequens conuersionem. Unde etiam in nobis si cibus non conuertatur, sed statim per uomitum eiciatur, nihilominus uera fuit comestio quae praecessit. Non autem conueniebat, ut in corpus Christi cibus conuerteretur, quod iam erat extra statum generationis & corruptionis, unde cibille fuit uirtute Christi resolutus in praecedentem materiam, non autem in Christi corpus conuersus: & tamen fuit uera comestio absque aliqua fictione.

Unde patet responsio ad obiecta.

QVAESTIO III.

DEINDE quaesitum est de angelis. Et circa hoc quaesita sunt tria.

PRIMO, Vtrum aliquo modo angelus sit causa animae rationalis.

SECUNDO, Vtrum angelus influat in animam humanam.

TERCIO, Vtrum angelus malus, id est, diabolus, inhabitet substantialiter hominem in quolibet peccato mortali.

ARTICVLVS VI.

Verum angelus sit aliquo modo causa animae rationalis.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod angelus sit causa animae rationalis. Quaecumque enim qualificatur in natura, ita tamen quod unum eorum est prius altero in ordine naturae, id quod est prius est causa eius quod est posterius, sed anima & angelus qualificantur in natura, sunt enim homo & angelus in natura pares, officio dispares, angelus tamen prius est in ordine naturae quam anima humana, quia est simplicior. ergo angelus est causa animae rationalis.

SED CONTRA. Anima rationalis educitur in esse per creationem: sed creare, cum sit potentia infinita, est solius Dei. non ergo angelus potest esse causa animae rationalis.

RESPON. Dicendum, quod impossibile est, id quod per creationem producat, ab alio causari quam a prima omnium causa, cuius ratio est secundum platonicos: quia quanto aliqua causa est superior, tanto eius causalitas ad plura se extendit. Unde oportet ut in effectibus id quod ad plura se habet, ad superiorem causam referatur. Manifestum est autem quod in ordine principiorum essentialium quanto aliquid forma est posterior, tanto est magis contracta & ad pauciora se extendit. Quanto autem forma est prior & propinquior subiecto primo, tanto oportet quod ad plura se extendat. Sequitur ergo quod formae posteriores sunt ab inferioribus agentibus, priores uero & communiore a superioribus. Et sic relinquatur, quod id quod est primum subsistens in unoquoque, sit a prima omnium causa. Quelibet ergo alia causa praeter primam, oportet quod agat praesupposito subiecto quod est effectus causae primae. Nulla ergo causa alia potest creare, nisi prima causa quae est Deus. Nam creare est producere aliquid non praesupposito subiecto. Quaecumque ergo non possunt produci in esse nisi per creationem, a solo Deo creantur. Haec autem sunt illa quae cum sint subsistentia, vel non sunt composita ex materia & forma, sed sunt formae in suo esse subsistentes, sicut sunt angeli: vel sunt ea quae si sint composita ex materia & forma, tamen materia eorum non est in potentia, nisi ad unam formam, sicut est in corporibus caelestibus. Vtraque enim haec produuntur absque productione primi subsistentis in eis: praeter autem produci in actu absque productione primi subiecti iam composita ex materia, & for-

1. p. q. 51. a. 3 ad 5. a. dist. 6. ar. 4. ad 2.

1. p. q. 90. ar. 3. o. q. 4. ar. 3. o. & p. q. 3. ar. 1. a. & o.

& forma, quorum materia est in potētia ad diuer-
sas formas, & sic in eadem materia possunt sibi di-
uersa forma succedere, tam etiam forme quae nō
sunt subsistentes in suo esse, quae quidē non dicun-
tur esse, quia ipsa habeant esse, sed quia subiecta ha-
bent aliquo modo esse secundum ea: unde nec ipse
secundum se dicuntur fieri, vel corrumpi, sed in quod-
cumque subiecta fiunt entia in actu, vel non entia sicut
ipsas. Anima autem rationalis est subsistēs in suo
esse, alioquin non posset habere operationem abs-
que communiōe suae materiae. Unde relinquitur
quod anima rationalis non possit produci in esse, ni-
si per a creationē, & ita patet quod angelus nullo mo-
do sit causa eius, sed solus Deus.

9. 178.

Ad illud vero quod in contrarium obiicitur, di-
cendum quod prima propositio inducta videtur
includere opposita. Si enim animā & angelus pari-
ficatur in natura, angelus non est prior anima se-
cundum ordinem naturae, nisi dicatur parificari
in natura, quia conueniunt in natura, non quidem
speciei, sed generis. Nō autem oportet quod omnium
quae conueniunt in natura generis vel speciei, id quod
est prius sit causa omnium aliorum, & quidem in
eadem specie non potest vnum esse prius altero,
proprie loquendo, ordine naturae, quia species pre-
dicatur aequaliter de omnibus indiuiduis, ut dicitur in
3. met. In generibus autem non est sic. Nam inter spe-
cies vnius generis vna est naturaliter prior & per-
fectior altera. Est autē in indiuiduis vnius speciei
vnum altero tempore prius, & quāuis aliquod in-
diuiduum, quod est prius tempore, sit causa cuiusdam
alii quod est posterius, ut pater est causa filii, sicut
in obiiciendo tangebatur, non tamen hoc est uni-
uersaliter verum, non enim omnes antiquiores
sunt causa omnium iuniorum. Similiter etiam cō-
tingit id quod est prius inter species eiusdem ge-
neris esse aliorum principium & causam, sicut motus
localis aliorum motuum, & binarius aliorum nu-
merorum, & triangulus aliarum figurarum rectili-
nearum, non tamen hoc est universaliter verum.
Non enim homo qui est perfectissima species anima-
lis, est causa actiua aliarum specierum, unde non
oportet quod angelus sit causa actiua animae. Pro-
cedit autem haec ratio secundum opinionem quo-
rundam ponentium Deum agere per necessitatem
naturae, & quod ab uno simplici non sit nisi unum im-
mediate, quod sit causa alterius, & sic usque ad ul-
tima rerum. Nos autem ponimus Deum agere om-
nia per suam sapientiam, per quam ordinem rerū
disponit, & sic ab ipso diuersi gradus rerum imme-
diate per creationem producantur.

Tex. com. i.

ARTICVLVS VIII.

Utrum diabolus, inhabitet hominem mortaliter peccatorem.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod
diabolus semper substantialiter inhabitet ho-
minem quando cumque peccat mortaliter. Cuius
mortalis opponitur gratiae, sed spiritus sanctus sem-
per inhabitat hominem cum gratia, secundum illud
1. ad Corinthios 3. Templum Dei estis, & spiritus
Dei habitat in uobis, ergo etiam spiritus sanctus in-
habitabit hominem cum culpa mortali.
Sed contra est, quod diabolus per peccatum
in habitat hominem, sicut per suum effectum, sed
non omne peccatum mortale est a diabolo, sed
quandoque a carne, & mundo, ergo diabolus non
semper inhabitat hominem cum culpa mortali.
RESPON. Dicendum, quod diabolus inhabitat
re hominem, potest intelligi dupliciter. Vno mo-
do quantum ad animam: alio modo quantum ad
corpus. Quantum ad animam quidem nō potest
diabolus in habitare hominem substantialiter, quia
solus Deus illabitur menti, nec ita diabolus caulat
culpam, sicut spiritus sanctus gratiam. Spiritus
sanctus interius operatur, sed diabolus ex terius sug-
gerit vel quantum ad sensum, vel quantum ad ima-
ginationem. Dicitur tamen inhabitare affectum ho-
minis per effectum malitiae, non solum quando ex
eius suggestione peccatum perpetratur, sed etiam
per quodcumque peccatum mortale, quia ex quocumque
peccato mortali homo seruituti diaboli dicitur sub-
stantialiter inhabitare, sicut patet in arripitis, sed
hoc magis pertinet ad rationem poenae, quam ad
rationem culpae. Poenae autem corporales iniungun-
tur non semper consequuntur culpam, sed quan-
doque peccantibus non inferuntur, & quandoque
non peccantibus inferuntur, ut dicitur Ioan. 9. de
caeco nato, & hoc est secundum altitudinem inco-
prehensibilitatis iudiciorum Dei, unde non cum
qualibet culpa mortali diabolus inhabitat homi-
nem substantialiter, etiam quantum ad corpus.
Et per hoc patet responsio ad obiecta.

1. p. q. 11. ar. 2.
& ma. q. 16.
ar. 12. o. ad 3.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod
angelus non possit influere in animam hu-
manam. Duorum enim distantium, vnum nō influit
in alterum, nisi per aliquod medium: sed angelus,
& anima distant abinuicem, cum non sit dare ali-
quod medium, per quod influat influxus ab ange-
lo in animam, videtur quod angelus non possit
influire in animam.

SED CONTRA. Dio. dicit 8. c. cael. hier. Homi-
nes purgantur, illuminantur, & perficiuntur ab an-
gelis: sed hoc non fit nisi per quandam influxum,
ergo angelus potest influere in animam humanā.

RESPON. Dicendum, quod unumquodque a-
gens agit sicut in modum suae naturae, & ideo ubi igno-
ratur modus naturae rei, necesse est etiam ut moti
actionis eius ignoretur. Modus autem naturae ange-

lica est nobis ignota sicut quod in se est. Nō enim
in hac vita scire possumus de eis quid sunt, sed ali-
qualem cognitionem de eis habere possumus per
similitudinem sensibilibus rerum, ut Dionysius per-
cit 1. & 2. cap. cael. hierar. Unde & modum actionis
ipsorum cognoscere non possumus, nisi per simi-
litudinem sensibilibus agentium. Inuenimus autem
in sensibilibus agentibus, quod id quod est in
actu, agit in id quod est in potentia, & quod oportet
quod agens coniungatur patienti secundum li-
tum per corporalem contactum. Quanto autem
natura intellectualis est superior, tanto est magis
actualis, utpote Deo similior, qui est actus purus,
unde superiores angeli possunt agere in inferiores
angelos, & in animas nostras, sicut id quod est in
actu, agit in id quod est in potentia, & huiusmodi
actio dicitur influxus. Quod autem est in corpo-
ralibus sufficit in spiritualibus ordo, nam spiritus est
quidam ordo partium corporalium secundum lo-
cum, & ideo ipse ordo substantiarum spiritualium
ad inuicem sufficit ad hoc quod vna influat in alte-
ram, nec requiritur ibi medium corporale, vel lo-
cale, quia huiusmodi actiones sunt supra locum &
tempus quae in corporalibus sunt.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS VIII.

Utrum diabolus, inhabitet hominem mortaliter peccatorem.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod
diabolus semper substantialiter inhabitet ho-
minem quando cumque peccat mortaliter. Cuius
mortalis opponitur gratiae, sed spiritus sanctus sem-
per inhabitat hominem cum gratia, secundum illud
1. ad Corinthios 3. Templum Dei estis, & spiritus
Dei habitat in uobis, ergo etiam spiritus sanctus in-
habitabit hominem cum culpa mortali.
Sed contra est, quod diabolus per peccatum
in habitat hominem, sicut per suum effectum, sed
non omne peccatum mortale est a diabolo, sed
quandoque a carne, & mundo, ergo diabolus non
semper inhabitat hominem cum culpa mortali.

RESPON. Dicendum, quod diabolus inhabitat
re hominem, potest intelligi dupliciter. Vno mo-
do quantum ad animam: alio modo quantum ad
corpus. Quantum ad animam quidem nō potest
diabolus in habitare hominem substantialiter, quia
solus Deus illabitur menti, nec ita diabolus caulat
culpam, sicut spiritus sanctus gratiam. Spiritus
sanctus interius operatur, sed diabolus ex terius sug-
gerit vel quantum ad sensum, vel quantum ad ima-
ginationem. Dicitur tamen inhabitare affectum ho-
minis per effectum malitiae, non solum quando ex
eius suggestione peccatum perpetratur, sed etiam
per quodcumque peccatum mortale, quia ex quocumque
peccato mortali homo seruituti diaboli dicitur sub-
stantialiter inhabitare, sicut patet in arripitis, sed
hoc magis pertinet ad rationem poenae, quam ad
rationem culpae. Poenae autem corporales iniungun-
tur non semper consequuntur culpam, sed quan-
doque peccantibus non inferuntur, & quandoque
non peccantibus inferuntur, ut dicitur Ioan. 9. de
caeco nato, & hoc est secundum altitudinem inco-
prehensibilitatis iudiciorum Dei, unde non cum
qualibet culpa mortali diabolus inhabitat homi-
nem substantialiter, etiam quantum ad corpus.
Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVAE.

QUESTIO IIII.

DEINDE quæsitum est de hominibus
 ¶ Et primo, quæ sita sunt quædam pertinentia
 ad quosdam homines excellentioris status, scilicet doctores & religiosos.

¶ Secundo, Quædam pertinentia ad homines inferioris status, scilicet laicos.

¶ Tertio, Quædam pertinentia communiter ad omnes homines.

¶ De doctoribus sacre scripturæ quæ sita sunt duo.
 ¶ Primo, Vtrum liceat quilibet per se petat licentiam in theologia docendi.

¶ Secundo, Vtrum auditores diversorum magistrorum theologiæ habentium contrarias opiniones, excusentur a peccato, si sequantur falsas opiniones magistrorum suorum.

ARTICVLVS IX.

Vtrum liceat alicui petere licentiam pro se, docendi in theologia.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod nemi-
 ni liceat pro se petere licentiam in theologia docendi. Doctores sacre scripturæ adhibentur ministerio verbi Dei, sicut & prelati, sed non licet alicui petere prelationem, immo vt Greg. dicit in registro. Reculantibus dignitates ecclesiasticæ sunt conferendæ, petentibus autem sunt denegandæ: ergo neque alicui licet petere cathedram magistralem ad docendum in sacra scriptura.

¶ Præter Aug. dicit. 19. de ciu. Dei. Locus superior, si ne quo populus regi nõ potest, etiam administratur vt decet, inconuenienter tamen appetitur. ergo & inconuenienter petitur. pari ergo ratione cathedra magistralis, quæ est etiam locus superior.

SED CONTRA est, quod Greg. dicit in pastorali, quod gradus magistrorum est periculosus, gradus autem discipulorum est securus: sed hoc videtur ad perfectionem pertinere, vt aliquis propter aliquod bonum periculum se exponat. ergo vt esse laudabile, quod aliquis cathedram magistralem appetat, & pro se petat.

RESPOND. Dicendum, quod ad euidentiã huius questionis oportet triplicem differentiam considerare cathedræ magistralis ad cathedram pontificalem, quarum prima est, quod ille qui accipit cathedram magistralem, non accipit aliquam eminentiam quam prius non habuerit, sed solum opportunitatem communicandi scientiam, quam prius non habebat. Non enim ille qui licentiam aliquem, dat ei scientiam, sed auctoritatem docendi. Ille vero qui accipit cathedram episcopalem, accipit eminentiam potestatis, quam prius non habebat: sed quantum ad hoc in nullo ab aliis differbat. Secunda differentia est, quod eminentia scientiæ, que requiritur ad cathedram magistralem, est perfectio hominis secundum seipsum: eminentia vero potestatis, que pertinet ad cathedram pontificalem, est hominis per comparationem ad alium. Tertia differentia est, quod ad cathedram pontificalem fit homo idoneus per charitatem excellentem: vt Dñs antequam Petro suarum ouium curam committeret, quæsiuit ab eo, Simon Ioannis diligis me plus his? ut dicit Io. u. Ad cathedram autem magistralem redditur homo idoneus ex sufficientia scientiæ. His ergo consideratis manifestum est, quod appetere aliquid quod pertinet ad perfectionem sui ipsius, est laudabile, unde appetitus scientiæ est laudabilis. Dicitur enim Sa-

Apien. 6. Concupiscentia scientiæ perducit ad regnum perpetuum. Appetitus autem potestatis super alios est vitiosus, quia vt Greg. dicit, contra naturam superbiere, est hominem homini velle dominari: unde si ille qui dat licentiam ad cathedram magistralem possit eminentiam scientiæ dare, sicut ille qui promouet ad cathedram pontificalem, dat eminentiam potestatis, esset simpliciter exposcenda, cum tamen petere excellentiam potestatis sit turpe. Cum autem ille qui accipit licentiam ad cathedram magistralem, accipiat solum opportunitatem communicandi, quod licet petere huiusmodi licentiam, quantum in se est, nullam videtur turpitudinem continere, quia communicare alii scientiam quam quis habet, laudabile est, & ad charitatem pertinet, secundum illud Sap. 8. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico. Et 1. Pet. 4. dicit. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterum illam administrantes. Potest tamen turpitudinem continere ratione presumptionis, quæ esset, si ille qui non est idoneus ad docendum, peteret docendi officium: sed hæc presumptio nõ equaliter est in petentibus licentiam ad docendum, & in petentibus pontificatum. Nam scientia, per quam aliquis est idoneus ad docendum, potest aliquis scire per certitudinem se habere. Charitatem autem, per quam aliquis est idoneus ad officium pastorale, non potest aliquis per certitudinem scire se habere. Et ideo semper est vitiosum pontificatum petere: non semper autem vitiosum est petere licentiam docendi, quam uis honestius sit quod per alium petatur, nisi forte aliquando ex causa aliqua spiritali.

C Per hoc ergo patet responsio ad primas duas rationes. **A**d tertiam dicendum, quod quicumque non cauet pericula, uidetur continere id, cuius detrimentum pericula inducere possunt: & quia laudabile est quod homo contemnat bona corporalia propter bona spiritalia, laudabile est quod aliquis periculis corporalibus se exponat propter spiritalia bona: sed contemnere bona spiritalia est valde vitiosum, & ideo quod aliquis periculis spiritalibus se exponat, est valde vitiosum. Imminent autem pericula spiritalia his qui habent magistrum locum: sed pericula magistrum cathedræ pastoralis deuit scientiam cum charitate, quam homo nõ scit se per certitudinem habere: pericula autem magistrum cathedræ magistralis uitat homo per scientiam quam potest homo scire se habere, unde non est similis ratio de utroque.

D 103.

ARTICVLVS X.

Vtrum discipuli sequentes diuersas opiniones magistrorum excusentur a peccato erroris.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod **A**uditores diuersorum magistrorum tenentium diuersas opiniones, excusentur a peccato erroris, si opiniones magistrorum suorum sequantur. Dicit enim Dominus Matt. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisei: oia que dicunt uobis, seruate, & facite: multo ergo magis seruanda sunt illa, que traduntur a doctoribus sacre scripturæ: ergo non peccant, qui earum opiniones sequuntur.

SED CONTRA est, quod dicitur Matt. 15. Si cæcus ducatur cæco præter, ambo in foueam cadunt: sed quicumque errat cæcus est, in quantum errat: ergo quicumque sequitur opinionem errantis magistrum, in foueam peccati cadit.

RE-

RESPON. Dicendum, quod diuersae opiniones doctorum sacrae scripturae, siquidem non pertineant ad fidem & bonos mores, absque periculo auditorum, utramque opinionem sequi possunt. Tunc enim habet locum quod Apo. dicit ad Ro. 14. Vnusquisque in suo sensu abundat. In his vero quae pertinent ad fidem & bonos mores, nullus excusatur, si sequatur erroneam opinionem alicuius magistri: in talibus enim ignorantia non excusat, alioquin immunes a peccato fuissent, qui secuti sunt opinionem Arrii, Nestorii, & aliorum haereticorum: nec potest excusationem habere propter simplicitatem auditorum, si in talibus erroneam opinionem sequatur. In rebus enim dubiis non est de facili praestandus assensus, quin immo, ut Aug. dicit in li. 3. de doctrina christiana. Consilium debet quis regulam fidei, quae de scripturarum planioribus locis, & ecclesiae auctoritate percipitur. Qui ergo assentit opinioni alicuius magistri contra manifestum scripturae testimonium: siue contra id quod publice tenetur secundum ecclesiae auctoritatem, non potest ab erroris uitio excusari.

Ad illud ergo quod in contrarium obiicitur, dicendum quod ipse permittit, Super cathedram Moysi sederunt scribae & pharisei, ut quod postea subdit, Omnia quae dixerint uobis seruate & facite, de illis intelligatur quae ad cathedram pertinent, ad quae non pertinent ea quae sunt contra fidem, uel bonos mores.

QUESTIO V.

DEINDE quaesitum est de his quae pertinent ad religiosos.

¶ Et primo, Quantum ad ingressum religionis.
¶ Secundo, Quantum ad ea quae conueniunt iam in religione existentibus.

¶ Circa primum quaesita sunt quatuor.

- ¶ Primo, Vtrum liceat iuuenes inducere ad religionis ingressum per obligationem voti, uel iuramenti.
- ¶ Secundo, vtrum sic obligari voto, uel iuramento possint absque peccato in saeculo remanere.
- ¶ Tertio, vtrum liceat peccatores ad religionem inducere.
- ¶ Quarto, Vtrum peccent qui aliquem iurare faciunt, ne religionem ingrediatur.

ARTICVLVS XI.

Vtrum liceat inducere iuuenes ad religionem uoto, uel iuramento.

23. q. 189. ar. 2. o. & opul. 37. 63.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non liceat iuuenes inducere ad religionem uoto, uel iuramento. Illicitum enim est contra Ecclesiae prohibitionem agere: sed Innocentius III. prohibuit in quibusdam literis ad religiosos directis huiusmodi uoti susceptionem, ergo peccant qui uoto, uel iuramento aliquos ad religionem obligare permittunt.
¶ 2. Praeterea Extra de regularibus, & transcurrentibus ad religionem c. 1. dicitur. Nullus tondeatur, nisi legitima aetate, & spontanea uoluntate: sed quando adolescentem obligati uoto, uel iuramento ad religionem suscipiuntur, tondeantur non in legitima aetate, neque propria uoluntate, sed necessitate obligationis uoti, uel iuramenti. ergo hoc uidetur esse illicitum.
¶ 3. Praeterea. Magis est necessarium ut aliqui adducantur ad fidem christianam, quam ad aliquam religionem: sed ad fidem christianam non sunt aliqui inducendi necessitate, sed uoluntate. dicitur enim 45. dist. c. de Iu-

daeis, quod non ui, sed libera animi uoluntate, & facultate ut conuertantur suadendi sunt, ergo multo minus imponenda est necessitas uoti, uel iuramenti, ut aliqui ad religionem adducantur. Item. Hoc esse uidetur contra honestatem religionis. Adolescentum enim sicut facilis est ingressus ad religionem, ita etiam facilis est egressus: sed ex hoc religio de honestate uidetur, quod de facili recipiat eos qui de facili exeunt, ergo inconueniens uidetur adolecentes ad religionem recipere.

¶ 4. Praeterea. Non sunt faciendi bona, ut ueniam mala, sed ex isto bono quod iuuenes inducuntur ad religionem, sequuntur multa mala, quia apostatant, & illegitimas nuptias contrahunt, & multa alia illicita committunt. ergo non sunt ad religionem aduocandi.

¶ 5. Praeterea. Matt. 23. dicit Dominus. Vae uobis scribae & pharisei, qui circuitis mare & aridam, ut faciatis unum prosclytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennae duplo quam uos: quod propositum uidetur competere: efficiuntur enim sic intrantes filii gehennae dupliciter. Primo quidem, quia male intrant, scilicet contra prohibitionem ecclesiae. Secundo, quia etiam male exeunt apostatando, ergo qui eos inducit, uel diuinae maledictionis incurrit.

¶ 6. Item, hoc uel esse contra necessitatem probationis. dicitur. n. 1. lo. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si a Deo sunt: hoc autem non uidetur esse a Deo, ut tales religionem ingrediantur, cum frequenter exeant post ingressum. dicitur. ad. 1. Si est ex hominibus consilium hoc & opus, diligeatur, si uero ex Deo est consilium, non poteritis dissonare: ergo uel quod contra Deum faciant, qui eos inducit.

SED CONTRA. Quicumque potest se obligare diabolo, potest etiam se obligare Deo: sed potest se obligare diabolo peccando, ut dicitur extra de delictis puerorum, capitulo, Pueri, ergo etiam possunt se obligare uoto, uel iuramento ad seruendum Deo in religione.

¶ Praeterea. 20. q. 1. dicitur, quod firma erit uirginitatis professio, ex quo adulta iam aetas esse inciperit, & quae solent apta nuptiis deputari, ergo possunt etiam in tali aetate aliqui obligari ad religionem uoto, uel iuramento.

RESPON. Dicendum, quod humani actus propter diuersos casus uniforme iudicium habere non possunt, nec tamen si contingit aliquid in aliquo casu esse melius, propter hoc iudicandum est esse simpliciter illicitum. Posset ergo contingere aliquis casus, in quo aliquem adolescentem ad religionem obligare, uel etiam recipere illicitum esset, puta, si eo stare, uel probabiliter crederetur de eius inconstancia, uel si quid aliud esset huiusmodi, quae diligenter consideratur in religionibus bene institutis. Dicitur autem quod malum est recipere adolescentem ad religionem, est diabolicum, quia super illud Exod. 5. Quare Moyses & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis, dicit gl. Orig. Hodie quoque si Moyses & Aaron, propheticus & sacerdotalis sermo animam sollicitet ad seruitium Dei, exire de saeculo, & nuntiare omnibus quae possideret, attendere legi, & uerbo Dei, continue audies unanimes, & amicos Pharaonis dicentes, Videte quomodo seducuntur homines & peruertuntur adolescentem, & postea. Haec erant tunc uerba Pharaonis, & nunc amici eius loquuntur, est. n. contra Christi preceptum. De enim Matthaei 19. quod oblatus sunt ei paruuli, ut manus eis imponeret & oraret, discipuli autem increpabant eos. Iesus autem ait eis, Sinite paruulos, & nolite pro-

te prohibere eos venire ad me. Quod exponēs Ori-
genes super Matthæum dicit, quod discipuli Iesu
priusquam dicant rationem iustitiæ, reprehendūt
eos, qui pueros & infantes offerunt Christo. Domi-
nus autem exhortatur discipulos suos condescen-
dere vtilitatibus puerorum. Hoc ergo attendere de-
bemus, ne per æstimationem sapientiæ excellen-
tioris contemnamus quasi magni pusillos Ecele-
sias, prohibentes pueros venire ad Iesum. Si tamen
pueri intantum essent, vt nondum vsum rationis
haberent, illicitum esset eos ad religionem attrahe-
re absque consensu parentum, nõ quin etiam in-
fra annos pubertatis pueri in religione recipi non
possint de consensu parentum, quia vt dicitur 1o.
q. 1. ca. Ad didisti. Et monachi, & quicumque etiam
pueri in infantia annis a parentibus monasterio
tradi possunt: sed hoc ideo dictum est, quia pueri
quousq; ad annos discretionis peruenerint, sunt
secundum ius naturale in potestate parentum, unde
sicut inuitis parentibus non sunt infidelium fili-
lij ad baptismum rapiendi, ita etiam non sunt reli-
gioni applicandi. Iam vero postquam vsum ratio-
nis habuerint, per liberum arbitrium habent sui ip-
sius potestatem in his quæ ad animæ spectant salu-
tem: unde inuitis parentibus possunt & ad bap-
tismum, & ad religionem induci. De voluntate autē
parentum, etiam in infantia ad baptismum recipiū-
tur ex ordinatione Apostolorū, ut Dion. dicit vlt.
ca. cœle. Hierar. vt in rebus diuinis pueri nutriant,
& non habeant aliam vitam, nisi diuinam contē-
plationem. Et eadem ratione in infantia annis mo-
nasterijs pueri a parentibus offeruntur, ut dictum
est. Sed quia in questione additur de obligatione
iurij & voti, ne hoc remaneat indiscussum, confide-
rari debet, q̄ si diuersam conditionem iuuenum
est in talibus procedendum. Si n. essent adeo firmi,
quod non timerentur à religionis proposito resili-
re, non esset necessarium eos iuramento, vel uoto
obligare: & similiter si essent adeo mobiles, quod
nec etiam crederentur iuramento, uel uoto posse
firmari, sed ut plurimum contingit quod simplex
propositum de facili mutant, obligationem autē
uotij, uel iuramenti omnino obseruant, unde cum
voto uel iuro ad frugem melioris uitæ obligatur,
magnum beneficium eis prestat. Vnde Aug. dicit
in epistola ad Armarium & Paulinum. Non te
uouisse peniteat, immo gaude iam tibi non licere,
quod cum tuo detrimento licuisset. Felix est ne
cessitas, quæ in meliora compellit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Innocen-
tius in quibusdam literis ad religiosos directis, quæ in-
cipiunt. Non solum in fauorem, sic dicit. Vobis de
statum nostrorum consilio, in virtute obedientiæ
sub poena excommunicationis auctoritate presen-
tium districtius inhibemus, ne ante annum proba-
tionis elapsū, qui est maximè in subsidium fragi-
litas humanæ regulariter institutus, quem quàm
ad professionem vestri ordinis, seu ad renuntiatio-
nem seculi faciendam, recipere presumat. Quod
autem ad probationem non recipiantur iuuenes,
uel quod uoto, vel iuramento non obligentur ad
intrandum, sine præiudicio temporis probationis
numquam inuenitur prohibitum.

AD SECUNDUM dicendum, q̄ legitima ætas iur-
dicatur tpe pubertatis, ut patet per capitulum indu-
ctum. Tunc n. maxime incipit homo liberū vsum
rationis habere de his, quæ pertinent ad suā salutē:
Est autē sciendum, q̄ est duplex necessitas. Vna quæ
excludit voluntatem. I. necessitas coactionis: & alia

A que ex uoluntaria obligatione causatur, & uolunta-
tem non excludit, & huiusmodi est obligatio iura-
menti, vel uoti, unde per coactionem non sunt tra-
hendi homines vel ad fidem, vel ad religionem, sed
voto vel iuramento ad hoc eos obligare nihil pro-
hibet, & de hac necessitate Augustinus dicit. Felix
necessitas quæ in meliora compellit.

Et per hoc patet solutio ad tertium.

AD QVARTUM Dicendum, quod in reb. uo-
luntariis, sicut & in naturalibus, nõ est iudicandū
facile, quod contingit in paucioribus, sed quod cō-
tingit vt in plurib. Quod autem intrantes religio-
nem, exeant, hoc contingit ut in paucioribus. Mul-
to enim plures de intrantibus remanent, ut experi-
mento probatur, quàm exeant.

AD V. Dicendum, q̄ si dñs, Nõ sunt facienda
bona, vt veniant mala, si ly, Vt, tenetur casualiter,
est omnino uerum: peccaret si quis ea intentione
aliquem ad intrandum religionem induceret, ut
postmodum apostataret. Si uero ly, Vt, tenetur cō-
secutiue, sic ab omnibus bonis esset abstinendum,
quia vix sunt aliqua humana bona, ex quibus oc-
casionaliter non possint sequi aliqua mala. Vnde
dñs Eccl. 11. Qui obseruat ventum, non feminat:
& qui considerat nubes, nunquam metet. Tunc au-
tem solum aliquod bonum esset pretermittendum
pp consequens malum, qm̄ malum consequens ef-
ficeret multo maius q̄ bonum, & ut frequentius acci-
deret. Dñs autē non pretermisit eligere duodecim
discipulos, ex quibus vnus erat futurus diabolus, ut
dñs Io. 6. Nec apostoli pretermiserunt eligere septē
diaconos propter vnum Nicolaum, qui ex eis pe-
riit. Multo ergo minus religiosi debent pretermit-
tere multorum salutem propter paucos, qui apostata-
re inueniuntur.

AD VI. Dicendum, quod illi qui obligati iura-
mento, vel uoto religionē intrant, non faciunt cō-
tra prohibitionem Ecclesie, ut ostensum est: unde
ex hoc q̄ intrant, non efficiuntur filij geennæ, sed
filij uitæ æternæ, quam Dominus promittit Matr.
19. relinquentibus temporalia propter ipsum, sed
ex hoc quod exeūt post professionem, efficiuntur
geennæ filij. Sed hoc non præiudicat recipientibus
eos, nisi eorum malis exemplis sint peruersi, unde
signanter Dñs dicit. Facitis eum filij geennæ duplo
quàm uos, quia ut Chry. dicit, Malorum magistro-
rum prouocatus exemplo, sicbat peior magistris.

AD VII. Dicendum, q̄ rō illa sapit Marichæorū
hæresim, qui hanc rōnē ad duas erroneas conclu-
siones adducunt. Primo quidem ad hoc, q̄ omnia
corpora corruptibilia non sunt a Deo. Si enim, in-
quiant, a Deo essent, nõ dissoluerent. Secundo, ad
hoc q̄ charitas semel habita, numq̄ amittatur, ita
q̄ qui peccat mortaliter, nunquam gratiā habuit. Si
enim, inquit, gratiam habuisset, hoc fuisset opus
Dei, & ita dissolutum non fuisset, q̄ hæc rō intē-
dit, ut si aliquis non perseuerat in religione, q̄ p-
positū de intrando religionem a Deo non fuerit.

Est ergo sciendum, q̄ uerba illa non dicuntur ad
ostendendum quod illa q̄ sunt a Deo, in perpetuū
manant, & corrupti non possunt: sed ad ostendē-
dum intalibilitatem diuinæ prouidentie. Non n.
potest esse ut Dei prouidentia fallatur, unde signan-
ter non dicit opus Dei esse indissolubile, sed consi-
lium. Secundum ergo diuinam prouidentia quib-
usdam datur donum gratiæ ad præsentem iusti-
tiam, & tñ non datur eis donum perseuerantiæ. Qui
busdam autem datur etiam donū perseuerantiæ,
ut patet per Aug. in li. de bono perseuerantiæ.

A R.

Verum qui obligati sunt uoto, uel iuramento ad intrandum religionem, non teneantur intrare.

52. q. 88. art. 3. ad 2. & q. 89. art. 1.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod illi qui obligati sunt uoto, uel iuramento ad intrandum religionem, non teneantur intrare. Omnis enim Christi actio nostra est instructio: sed Dominus non imponebat hominibus necessitatem, sed relinquebatur eorum libera uoluntati, unde dicebat cuidam, ut habetur Mat. 19. Si uis ad vitam ingredi, serua mandata. Et iterum: Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quae habes, & da pauperibus, & Apost. 1. ad Cor. 7. de uirginibus autem praecipitur Domini non habere, consilium autem do, ergo uel quod non ex necessitate teneant aliqui religionem intrare propter iuramentum, uel uotum.

¶ Praet. Nullus potest iuramento, uel uoto obligari ad aliquid, in quo detrimentum perfectionis patitur: sed per hoc quod aliqui religionem intrant, detrimentum perfectionis patiuntur. Impediuntur enim propter religionis obseruationem a uisitatione infirmorum, & collectione ecclesiarum, & aliis operibus pietatis, in qua summa christiane religionis consistit, ut Ambr. dicit super illud. 1. ad Thi. 5. Pietas ad omnia utilis est, ergo illi qui iurauerunt, uel uouerunt religionem intrare, non tenentur.

¶ Praet. Prosper dicit in 2. de uita contemplatiua. Sic abstinere, uel ieiunare debemus, ut non nos ieiunandi, uel abstinendi necessitati subdamus, sed illi qui sunt in religione ex necessitate ipsius uoti, uel obediencie abstinent, uel ieiunant, ergo minus merentur, non ergo ad religionis statum potest aliquis iuramento, uel uoto obligari.

¶ Praet. Virtus est circa difficile & bonum, sed difficile est bene uiuere in saeculo quam in religione, ergo magis est uirtuosum, non ergo ad statum religionis aliquis iuramento, aut uoto obligari potest.

¶ Praet. Communis utilitas praefenda est bono priuato, sed per hoc quod aliqui religionem intrant, derogatur communi utilitati: si enim omnes religionem intrarent, non essent qui plebium curam agerent, & ita populus sine rectoribus remaneret ergo melius faciunt, si non intrant religionem quam sit intrarent.

SED CONTRA est, quod dicitur in psal. Vouete, & reddite Domino Deo uestro, ubi dicitur gl. quod uouere uoluntati consulitur, sed post uoti promissionem redditio necessario exigitur. Item Ecc. 5. dicitur Si quid uouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim infidelis & stulta promissio.

¶ Praet. Aug. dicit in epistola ad Armarium & Paulinam. Quia iam uouisti, iam te obstrinxisti, aliud tibi facere non licet, priusquam uotes re, liberum fuit quod esses inferior, quis non sit gratulanda libertas, qua fit ut non debeat, quod cum lucro redditur.

RESPON. Dicendum, quod dicere quod illi qui uoto uel iuramento sunt obligati ad intrandum religionem, non teneantur intrare, est manifeste haereticum. Quicumque enim dicit non esse peccatum id quod est contra praecipium Dei, haereticus iudicatur: sicut haereticus iudicaretur quicumque diceret, quod fornicatio simpliciter non sit peccatum mortale, est. non contra hoc praecipium. Non machaberis, ut sancti exponunt, sunt autem excellentiora praecipia primae tabulae, quam ordinantur ad dilectionem Dei, quam praecipia secundae tabulae quae ordinantur ad dilectionem

F proximi, unde quicumque dicit quod sine peccato praeteriri possit aliquod pertinens ad praecipia primae tabulae, est manifeste haereticus. Cum autem impletio uoti pertineat ad laetiam, manifestum est quod quicumque dicit uotum non esse implendum, loquitur contra primum praecipium primae tabulae, quod est de cultu laetiae soli Deo exhibendo. Qui uero dicit iuramentum non esse implendum, loquitur contra secundum praecipium primae tabulae, quod est. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Unde manifeste est haereticus quicumque hoc dicit, nisi forte dicat, quod intrare religionem sit illicitum: iuramenta enim, uel uota facta de rebus illicitis non sunt obligatoria, secundum illud Iudori. In malis promissis rescinde fidem. Sed hoc iterum est haereticum dicere, quod non sit licitum intrare religionem. Est enim expresse contra Christi consilia, unde quicumque dicit, quod ille qui est obligatus uoto, uel iuramento ad intrandum religionem, potest absque peccato in saeculo remanere, est manifeste haereticus: si tamen in hoc pertinaciter perseveret.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod necessitas uoti, uel iuramenti non excludit uoluntatem, ut supra dictum est. Sicut enim aliquis ex lege communi obligatur ad obseruanda Dei praecipia, quae tamen uoluntarie seruat, unde & Dominus dicit. Si uis uitam ingredi, serua mandata, sic ille qui emisit iuramentum, uel uotum obligatur ex quadam propria obligatione, & tamen uoluntarie implet iuramento, uel uotum, ita tamen quod ante iuramentum uel uotum, licitum est ei facere, uel non facere, unde & Dominus dixit. Si uis perfectus esse, & Paulus de uirginitate consilium dat, sed post iuramentum, uel uotum, illicitum est non implere.

AD SECUNDVM dicendum, quod illa ratio conuenit haeresim damnatam, scilicet quod melius sit in saeculo remanere, & operibus pietatis uacare, quam religionem intrare. Continetur enim inter errores Vigilantii, contra quem Hier. scribens dicit. Ista uentura perfidia catholicae fidei sociata conatur impugnat uirginitatem, odisse pudicitiam, in conuicio saecularium contra sanctorum ieiunia declamare, & postmodum contra singulos articulos a Vigilantio propositos disputans, uenit ad istum articulum dicens. Quod autem asserit eos melius facere qui utuntur rebus suis, & paulatim fructus possessionum pauperibus diuidunt, quam illos qui possessionibus uenundatis semel omnia largiuntur, non a me ei, sed a Deo respondebitur. Si uis esse perfectus, uade, & uende oia, quae habes, & da pauperibus, & ueni sequere me. Iste quem tu laudas, secundus aut tertius gradus est, quem & nos recipimus, dum modo sciamus prima secundis & tertijs praefenda: & ideo in lib. de eccles. dogmatibus. cum alijs erroribus esse damnatur, cum dicitur. Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare, melius est pro intentione sequendi Deum in simul donare, & absolum sollicitudine egerere cum Christo. Nec solus status religionis praefertur eleemosynis, quas quis facit in saeculo, sed etiam uirginitati in saeculo obseruatae, dicitur enim Aug. in lib. de uirginitate. Nemo, quantum praeterea, ausus fuit uirginitatem praefere monasterio.

AD TERTIVM Dicendum, quod id est opus factum uoto laudabilius est & magis meritorium, quam si fiat sine uoto: quod ex hoc patet, quia omnis actus de se factus est magis laudabilis & meritorius, quanto ex digniori uirtute procedit, sicut opus iustitiae si fiat ex charitate laudabilius erit. Manifestum est autem quod aliquis ieiunat absque uoto, facit actum uirtutis, qui est

est abſtinentia. Cum autem ieiunat implens uotū, ad ſum abſtinentiæ facit ex latría, quæ cum ordinet nos ad Deum, eſt nobilior uirtus quam abſtinentia, uel quæcumque alia uirtus, quæ ordinat nos circa bona creata: pp quod Aug. dicit in lib. de uirginitate, qd nec uirginitas, quia uirginitas eſt, honorat, ſed quia eſt Deo dicata, quam uouet & ſeruat continētia pietatis. Quod ergo Proſper dicit. Sic abſtinere debemus, ut non nos ieiunandi, uel abſtinendi neceſſitati ſubdamus, intelligendum eſt de neceſſitate coactionis, quæ uoluntatem excludit. Vnde ſubdit. Ne tam non deuoti, ſed inuiti rem uoluntaria faciamus: neceſſitas autem uoti & iuramenti non excludit uoluntatem, ut dictum eſt.

Dicendum autem eſt ulterius, quod ſi illi qui ieiunant ex uoto, non placet ſecundum ſe ieiunium, placet tamen ſibi impleto uoti, magis meretur cæteris paribus, quam ille ieiunans cui placet ſecundum ſe ieiunium, quia magis eſt meritorium delectari in actu latría, quam in actu abſtinentiæ.

AD QUARTVM dicendum, quod duplex eſt difficultas. Vna quæ eſt ex arduitate operis ſicut uirginitas ſeruari, & huiusmodi: & talis difficultas facit ad augmentum uirtutis. Alia difficultas eſt ex impedimentis & periculis imminentiſ. Et talis difficultas non facit ad augmentum uirtutis, ſed ad diminutionem ipſius. Non enim uidetur eſſe prudēs nec multum amare bonum uirtutis qui a pericula non cauet, & talis difficultas ad bene uiuendum imminet in ſæculo remanentibus.

AD QUINTVM dicendum, qd illa fuit ratio uigilantiæ hæretici, ut patet per Hier. qui dicit in lib. contra uigilantium. Non ſunt a ſtudio ſuo monachi deſerendi quamuis a te lingua uiperæ morſus ſe uiſſimos patiantur, quibus argumentaris, & dicis. Si omnes ſe claſerint & fuerint in ſolitudine, quis celebrabit Eccleſias: quis ſæcularis hoſtes lucrificiet? quis peccantes ad uirtutes poterit exhortari? Hoc enim modo ſi omnes tecum fati ſint, ſapiens eſt quis poterit? & uirginitas non eſt approbanda. Si enim omnes uirgines fuerint, nuptiæ non erunt, & interibit humanum genus. Rara eſt uirtus, neceſſaria pluribus appetitur. Scilicet eſt ergo huiusmodi timor, cum religionis bonum ſit difficile & arduum, ut pauci religionem intrent in comparatione multitudinis in ſæculo remanentis, ſicut ſi quis timeret hauere aquam, ne flumen deficeret.

ARTICVLVS XIII.

Utrum qui in ſæculo ſunt peccatores, ſint ad religionem attrahendi.

AD TERTIUM ſic proceditur. Videtur qd illi qui ſunt in ſæculo peccatores, non ſunt ad religionem attrahendi. Oportet enim prius exercitari in operibus præceptorum, qd intrare ad impletionem conſiliorum, ut de minori perueniatur ad maius: ſed illi qui ſunt peccatores in ſæculo, non ſunt exercitati in operibus præceptorum, ergo non ſunt attrahendi, uel recipiendi in religione, quia oportet ſeruari conſilia.

SED CONTRA eſt, quod Dominus Matthæum publicanum ad ſtarum perfectionis uocauit, ut habetur Matth. 9. Omnis autem Chriſti actio noſtra eſt in ſtructio, ergo etiam & nos debemus peccatores, qui ſunt in ſæculo, ad religionem aduocare, & ſuſcipere.

RESPON. Dicendum, qd maxime utile eſt peccatoribus, ut ad religionem tranſeant. Peccatoribus enim duo ſunt neceſſaria ad ſalutē. Primo qd eſt, ut de peccatis præteritis penitentiam agant. Secundo, ut de cæteris abſtineant. Ad utrumq; autem horum

A maxime operatur religio. Primo enim ſtatus religionis eſt ſtatus perfectiæ penitentiæ, & nulla ſatisfactio aequari poteſt penitentiæ religioſorum, qui & ſe, & ſua totaliter Deo dant: unde pro nullo peccato imponi poteſt homini pro penitentiâ, ut religionem introeat, & in commutationem ſatisfactionis quantumcumque grauis, conſulitur tantum religionis ingreſſus, ut patet 33. q. 2. ca. Admonere, ubi Stephanus papa quendam qui uxorem interfecerat, inducit ut ingreſſatur monaſterium, & humiliatus ſub manu Abbatis cuncta obſeruet quæ ſibi fuerint imperata, alioquin inuigilabit ei grauiſſimam penitentiam, ſi eligat in ſæculo remanere. Similiter etiam ad uitanda peccata plurimum ualeat religionis ſtatus. Difficile enim eſt quod in ſæculo commorantes a rebus mundi non alieſantur, pp quod Mat. 19. ſecundum expoſitionem Chryſ. Dominus hoc dicit eſſe impoſſibile, qd diues qui ſ. diuitijs inhæret per amorem, intret in regnum celorum: ſed quod diues qui habet diuitias, intret, eſt ualde difficile, unde & eccl. 3. 1. dicitur. Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula. Et huiusmodi difficultatem ſubdit dicens, Quis eſt hic, & laudabimus eum? propter quod, ut Greg. dicit Sancti uiri ut ab illicitis abſtineant, etiam licita præmittunt, unde manifeſtum eſt quod non peccant, ſed laudandi ſunt qui peccatores ad religionem trahunt. Nam & Dominus de ſeipſo dicit. Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad penitentiam.

AD ILLUD ergo quod in contrarium obicitur, dicendum, quod illa rō procedit & contra rōnē doctrinæ euangelicæ, & contra rōnē philoſophiæ. Contra doctrinam quidem euangelicam, quia conſilia euangelica ad hoc dantur, ut per ea homo facilius ſalutem conſequatur. Vnde ſtatus ſæcularium periculoſior eſt dñi, quam religionis ſtatus. Scilicet eſt autem dicere, quod alicui qui debilior eſt propter peccata quæ commiſit, non ſit ad ſecuriorem uitam fugiendum. Eſt etiam contra doctrinam philoſophicam, quæ docet illos qui ſunt ad uitia proni, in contrarium debere reflekti, ſicut faciunt illi qui tortuoſa lignorum dirigunt.

ARTICVLVS XIII.

Utrum quis abſque peccato poſſit aliquem iuramento aſtringere quod religionem non intret.

CIRCA quartum ſic proceditur. Videtur quod aliquis abſque peccato poſſit aliquem iuramento aſtringere ad hoc, quod religionem non intret. Quod enim licitum eſt fieri, licitum eſt iurare: ſed licitum eſt alicui ſæculari, quod nunquam religionem intret, ergo licite poteſt hoc iurare. Qui ergo tali iuramento aliquem aſtringit, non peccat, quia non facit eum iurare aliquid illicitum.

SED CONTRA. Propoſitum intrandi religionem eſt a ſpiritu ſancto eſt, ut habetur 19. q. 1. c. Duæ ſed reſiſtere inſtinctui ſpiritus ſancti eſt graue peccatum de quo Stephanus rephedit Iudæos, Act. 7. dicitur. Vos ſemp ſpiritus ſancti reſiſtiſtis, ergo ille qui aliquem iurō aſtringit ad non intrandū religionem, grauitè peccat.

RESPON. Dicendum, quod ſicut ſupra dictum eſt, in actibus humanis non eſt aliquid ſimpliciter iudicandum licitum, uel illicitum propter id quod accidit in aliquo particulari caſu, ſed propter id quod eſt ut in pluribus, ſicut eſt in rebus naturalibus. conſideratur, qd in pluribus eſt. Cōtingit autē in aliquo caſu, quod abſque peccato aliquis poteſt aſtringere aliquem iuramento ad hoc quod religionem non intret, puta, ſi eſſet matrimonio ligatus, & uellet abſque conſenſu uxoris religionem intrare, Quodlib. S. Tho. C vel

B. 103.

1. e. 129. a. 1. c. ad 1. & 103. a.

ar. no. & 12. q. 62. ar. 1. ca. h. & ad 1. & ar. 92. huius.

vel in casibus similibus. Simpliciter autem loquen- do, inducere aliquem ad iurandum qd religionem non intret, graue est peccatum. Si enim aliquis vel let religionem intrare, & immineret opportunitas temporis, & omnes circumstantie conueniret, gra- uiter peccaret qui cum ab ingressu religionis pro- hiberet. Vnde Dominus Mat. 23. cominatur phari- saeis, qui nec ipsi intrabant in regnum caelorum, nec alios intrare sinebant. Cum autem aliquis facit ali- quem iurare quod religionem non intrabit, impe- dit eum quantum in se est, ab ingressu religionis secundum quodcumque tempus, & secundum quaecumque circumstantiam opportunam, quia in vniuersali includuntur omnia particularia. Vnde manifestum est qd grauer peccat.

Ad illud vero qd obijciunt in contrarium, dicitur G dum, qd quamuis iuramentum sit ab aliquo bono ope- re abstinere, tamen illicitum est uel sibi, uel alij im- pedimentum opponere, quo minus in illud bonu opus peccare possit, sicut licitum est non dare elec- mosynam huic pauperi, illicitum tamen est se, vel alium iuramento alstringere ad hoc, quod alicui eleemosyna non detur, cuius ratio est: quia praeter mittere actum uirtutis potest aliquis abique pec- cato, eo quod praecpta affirmatiua, quae sunt de actibus uirtutum, non obligant ad semper, sed im- pedimentum boni operis directe uirtuti contra- riatur, & ideo cadit sub prohibitione praecpti negatiui, quod obligat ad semper. Vnde omnia talia iuramenta sunt illicita, nec sunt obseruanda, & illi qui hoc iurant, iuratio perijuri sunt, quia iurame- tum hominem obligare non potest contra chari- tatem Dei & proximi: unde quamuis licitum sit alicui religionem non intrare, illicitum tamen est impe- dimentum iuramenti apponere sibi, uel alijs. Est, qd contra perfectionem uitae, & contra consilium Chri- sti.

QUESTIO VI.

DEinde quaeritur de his que ompe- unt in religione existentibus.

¶ Primo, Vtrum religiosus qui nihil debet habere i proprio, uel communi, possit eleemosynam face- re de his que sibi ab alijs in eleemosynam dantur.

¶ Secundo, Vtrum aliquis in religione existens, sciens patre suu graui necessitate opprimi, possit exire absq; licentia praelati sui uel subueniat patri.

¶ Tertio, Vtrum status religionis sit perfectior quam status sacerdotum parochialium, & archi- diaconorum.

ARTICVLVS XV.

Vtrum religiosi qui nihil habent in proprio, uel communi, possint eleemosynam facere.

CIRCA primu sic proceditur. Videtur, qd religio si qui nihil habent in proprio, uel communi, non possunt eleemosynam facere quae eis proficiat. Non enim proficit eleemosyna facienti, nisi debi- to mo fiat: sed tales religiosi, non possunt eleemo- synam debito mo facere, det enim eleemosyna de proprio fieri, secundum illud Tobiae 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si autem modicum, id ipsum libere impertiri stude. ergo tales religio- si q nihil suu hent nec in proprio, nec in com- muni, non possunt eleemosynam facere quae eis proficiat; sed si quam eleemosyna de eleemosynis sibi factis fa- ciunt, eis proficit, a quib; eleemosynam peperunt.

33. q. 33. arti. 8. ca. & ad 1. & 4. dist. 15. q. 2. arti. 5. q. 4. o.

SED CONTRA. Inter alia opera, eleemosynarum largitio plurimum inuenitur esse fructuosa. Dicitur Dan. 5. Peccata tua eleemosynis redime. Si ergo religio- si eleemosynas facere non possunt, quae eis proficiant, uidentur esse peioris conditionis quam alij etiam in spiritualibus bonis.

RESPON. Dicendum, quod religiosi, quantum proprium habere non possunt, possunt tamen alio- rum rerum dispensationem habere, siue detru- ctibus possessionum communiu, siue etiam de elec- mosynis particulariter eis collatis: nec refert quan- tum ad propositum pertinet, utrum huiusmodi di- spensationem habeant auctoritate sui ordinis, uel auctoritate alicuius superioris prelati. His ergo qui- bus dispensatio commissa est, possunt meritorie eleemosynam facere de bonis quae eorum dispen- sationi committuntur, secundum quod eis comit- titur; & huiusmodi eleemosyna meritoria est & eis qui minime ministerium exequentur, & illis quo- rum huiusmodi res deputata noscuntur. Si uero aliquis religiosus sit, cui non sit huiusmodi rerum dispensatio commissa, ei non licet eleemosynam facere.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum religiosus possit egredi claustrum absque licentia sui praelati, si patri subueniat in necessitate existens.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod religiosus si uideat patrem suum esse in ne- cessitate, etiam absque praelati sui licentia, possit claustrum exire ad subueniendum patri. Non enim praetermittendum est mandatum Dei propter homi- num traditiones. Vnde Dominus Mat. 15. contra quosdam dicit. Irritum fecistis mandatum Dei pp- traditiones uestras: sed ad subueniendum parenti- bus homo astringitur per praecptum diuinum, Honora patrem tuum, & matrem tuam: in quo q- dem honore intelligitur necessarium subueni- ergo uideretur quod non obstantibus religionis ob- seruantijs, quae sunt hominum statuta, debeat ali- quis religiosus exire claustrum ad subueniendum parentibus secundum praecptum Dei.

SED CONTRA. Spiritualia semper praerenda sunt carnalibus: sed religiosi se obligauerunt ad ob- sequium spiritualis patris, scilicet Dei, cui magis re- nemur, secundum illud ad Heb. 12. Quanto magis obtemperabimus patri spirituum, & uincemus: non ergo debent dimittere sui ordinis obseruantias, ut parentibus carnalibus ministrent.

RESPON. Dicendum, quod aliter est dicendum de illo qui nondum religionem intrauit. & aliter de illo qui iam in religione est professus. Ille enim qui nondum religionem intrauit, si uideat patrem suum in magna necessitate, cui per alium subueni- ri non possit, non debet religionem intrare, sed re- neretur ministrare parentibus, maxime si absque periculo peccati possit in saculo remanere. Si uero per alium possit eius parentibus ministrari, por- test, si uult, religionem intrare. Vnde Chrysostomus exponens illud, Dimitte mortuos sepelire mor- tuos suos, dicit, quod malum est abducere homi- nem a spiritualibus, & maxime cum fuerint, qui ministerium parentum compleant. Erant enim alij qui complere possent illius funeris sepultura. Post- quam uero aliquis est iam in religione professus, est mortuus mundo: nisi per spirituale mortem de- obligatur.

obligatur a cura impendenda parentibus, sicut etiam de obligaretur per mortem corporalem: & ideo non peccat, nec contra preceptum Dei agit, si in claustrum remaneat sub precepto prelati sui, parentum ministracione pretermissa. Est enim factus impotens ad reddendum debitum ministerium absque propria culpa. Debet tamen quantum potest, salua ordinis obedientia, satagere, ut per se, vel per alium suis parentibus subueniatur, si in necessitate fuerint constituti.

Ad illud uero quod, in contrarium obiicitur dicendum, quod religiosus tenetur ad implendum id, quod ad religionem pertinet non solum ex traditione humana, sed etiam ex precepto diuino. Obligatur. n. ex uoto omisso ad obediendum prelati suis: impletio autem uoti cadit sub precepto diuino.

ARTICVLVS XVII.

Vtrum presbyteri parochiales sint maioris perfectionis quam religiosi.

11. q. 1. art. 1. & 2. q. 1. art. 1.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod presbyteri parochiales, & archidiaconi, sint maioris perfectionis quam religiosi. Dicitur enim Chrysostomus in suo dialogo. Si talem mihi aliquem adducas monachum, qualis, ut secundum exaggerationem dicam, Helias fuit, non tamen illi comparandus est, qui traditus populis, & multorum peccata terre copulatus, immobilis perseverauit & fortis. Et parum post dicit. Si quis mihi proponeret optionem, ubi mallem placere, in officio sacerdotali, an in solitudine monachorum, sine comparatione eligerem illud quod prius dixi, nec cessabam laudans, & beatos pronuntians eos, qui officium ecclesie bene administrare potuissent, & quod laudabam tanto studio, & beatum pronuntiabam, non utique defugerem, si idoneum me ad huiusmodi gubernacionem uiderem. Et in sequenti c. postmodum dicit. Bene, inquam, admodum dicitur. Istorum enim, secularium, nec recordari oportet, cum de sacerdotio sit questio. Vtrum si quis in conuersationem multorum positus, potest imperturbatum illum nitorem plenae sanctitatis & continentie splendorem, & alia monachorum bona incorrupta & inconcussa seruare, omnibus est preferendus. Ex quibus uidetur omnibus, quod presbyteri parochiales, & archidiaconi, si bene in ministerio ecclesie uentur, sint omnibus etiam religiosi preferendi.

¶ Præterea Chrysostomus in eodem libro dicit. Si quis administrato sacerdotio illius propofiti, scilicet monachalis, sudores conferat, tantum eos distare reperiet, quantum inter priuatum distat, & regem: sed multo maius est bene exercere regis officium, quam cuiuscumque personæ priuata. ergo multo maius est, quod sacerdos parochialis, uel archidiaconus bene se habeat in suo officio, quam religiosus in suo.

¶ Præterea Episcopi sunt in statu perfectionis quam religiosi, alioquin non liceret de religione ad episcopatum transire: sed presbyteri parochiales, & archidiaconi similiores sunt episcopis quam religiosi, quia sicut episcopus habet curam animarum in suo episcopatu, ita presbyteri in sua parochia, & archidiaconus in suo archidiaconatu. ergo archidiaconi & plebani sunt magis in statu perfectionis, quam religiosi.

¶ Præterea Bonum publicum preferendum est bono priuato, & uita actiua est magis fructuosa quam contemplatiua, nullamque sacrificium est Deo acceptius, quam zelus aiarum: sed archidiaconi & plebani intradunt utilitati communi multitudinis, zelo salutis aia-

Arum in actiua uita fructificantes. ergo preferendi sunt religiosi, qui salutem propriam student in uita contemplatiua Deo seruientes.

¶ Præterea. Cui amplius a Deo commissum est, magis meretur si bene administrat: sed sacerdoti, uel archidiacono amplius commissum uidetur, quia plus ab eo requiretur in iudicio. ergo bene administrando amplius meretur.

SED CONTRA est, quod dicitur 19. q. 1. c. Duæ. Si quis in ecclesia sua sub episcopo populum retinet, & seculariter uiuit, si afflatus Spiritu sancto in aliquo monasterio, uel regulari canonia saluare se uoluerit, qui. n. a lege priuata ducitur, nulla ratione exigit ut publica contringat: sed lex priuata, quæ est lex Spiritu sancti, ut ibidem sumitur, numquam ducit hominem de statu magis perfecto ad statum minus perfectum, sed facit hominem ascensionem in corde suo disponere, ut in ps. 83. dicitur. ergo status religiosorum est perfectior quam status plebanorum.

RESPON. Dicendum, quod perfectio spiritualis uirtus ex charitate pensanda est, qua qui caret, spiritualiter nihil est, ut dicitur 1. ad Cor. 13. Ab eius autem perfectione simpliciter aliquis dicitur esse perfectus. Unde dicitur ad Col. 3. Super omnia charitatem habere, quæ est uinculum perfectionis. Amor autem uim transformatiuam habet, qua amans in amatum quodammodo transfertur. Unde Dionysius dicit 4. c. de diuinis nominibus. Est autem extasim faciens diuinus amor, non sine sui ipsorum amantes esse, sed amatorum. Quia ergo totum, & perfectum est idem, ut dicitur in 3. phy. ille perfecte charitatem habet, qui totaliter in Deum per amorem transformatur, seipsum & sua omnino proponens propter Deum. Unde Augustinus dicit 14. de ciuitate Dei, quod sicut ciuitatem Babylonis facit amor sui usque ad contemptum Dei, ita ciuitatem Dei facit amor Dei usque ad contemptum sui. Et in li. 83. quod perfectio charitatis est nulla cupiditas. Gregorius etiam super Ezech. dicit, quod cum quis aliquid suum Deo nouet, & aliquid non nouet, sacrificium est. Cum uero omne quod habet, omne quod sapit, omnipotenti Deo uouet, holocaustum est, quod latina lingua dicitur totum incensum. Cuiuscumque ergo mens sic est affecta interiorius, ut seipsum, & omnia sua contemnat propter Deum, secundum illud Apostoli philipp. 3. Quæ mihi aliquando fuerunt lucra, arbitratus sum ut stercorea ut Christum lucrificarem, iste perfectus est siue sit religiosus, siue secularis, siue clericus, siue laicus etiam matrimonio iunctus. Abraham enim matrimonio iunctus erat & diues cui Dominus dicit Gen. 17. Ambula coram me, & esto perfectus. & Ezechiel 31. dicitur. Beatus diues qui inuentus est sine macula, & post aurum non abiit, & post pauca subditur. Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est. Sed aduertendum, quod aliud est esse perfectum, & aliud esse in statu perfectionis.

Sunt enim aliqui in statu perfectionis, qui nondum sunt perfecti, sed interdum etiam peccatores: sunt etiam aliqui perfecti, qui in statu perfectionis non sunt. Et quamuis status multa significet, & rectitudinem, & firmitatem, & si qua sunt alia huiusmodi, tamen cum dicimus aliquos esse in statu perfectionis, accipitur pro conditione, secundum quod libera, uel seruitus dicitur status, put consueuit dici, quod error personæ, aut conditionis, uel status, impedit matrimonium, non autem error fortunæ, aut qualitatis: & hoc modo accipitur status secunda, questione sexta. Si quan

Quo dicitur. S. Tho. C 2 do

ar. 1. ad 2. a. q. 1. art. 1. & 2. q. 1. art. 1.

do in causa capitali, vel causa status interpellatum fuerit non per exploratores, id est, procuratores, sed per seipsum est agendum. Sic ergo accipiendo statum, illi proprie in statu perfectionis esse dicuntur, qui se seruituti subiiciunt ad opera perfectionis implenda. Manifestum est autem, quod seruitus libertati opponitur. Libertas autem facienti quodlibet per uotum tollitur, quia uoluntatis est uouere, necessitatis est reddere, ut supra dictum est. Unde qui se ad aliquid uoto obligat, in quantum necessitati se subiicit, quodam modo constituit se seruum, libertate se priuans. Siquidem ergo aliquis se uoto obligat ad aliquid particulare opus implendum, constituit se quodam modo seruum non simpliciter, sed secundum quid, respectu scilicet illius ad quod se obligauit. Si uero simpliciter per uotum totam uitam suam dedisset Deo, ad implenda ea quae sunt opera perfectionis propter Deum simpliciter seipsum seruum constituit, & per hoc ponitur in statu perfectionis, unde & totum se Deo uouendo holocaustum offerre dicitur, ut Gregorius dicit. Hoc autem modo obligant totam uitam suam ad ea quae sunt perfectionis episcopi in sua consecratione professionem quandam facientes, qua obligantur ad curam gregis suscepti, secundum illud 1. Tim. ultimo. Certa bonum certamen fidei, apprehende uitam eternam, in qua uocatus es, & confessus bona confessione coram multis testibus, vel in ordinatione, vel in predicatione, ut gl. dicit. Religiosi etiam in sua professione totam uitam suam obligant Deo ad ea quae sunt perfectionis, unde & uterque serui dicuntur. Dicitur. n. 2. ad Cor. 4. Non enim praedicamus nosmetipsos, sed Iesum Christum, nos autem seruos uestros propter Iesum, quod pertinet ad episcopos: religiosi et serui, uel famuli nominantur, ut dicit Dion. 6. ca. eccl. hierar. Et ideo tam religiosi quam episcopi sunt in statu perfectionis, unde & utriusque in assumptione huiusmodi status solennis benedictio adhibetur, ut patet per Dionysium 3. & 6. ca. eccl. hierar. Archidiaconi autem, vel plebani non obligant uoto totam uitam suam ad id quod cura gregis requirit: unde nec in eorum institutione aliqua eis benedictio adhibetur, quae exhibetur monachis propter perfectionem assumptam, ut dicitur 6. ca. eccl. hierar. Et ideo ex hoc quod committitur eis cura parochiae, uel archidiaconatus constituntur quidem in aliquo officio, non autem assumuntur ad statum perfectionis, alioquin essent apostatae dimittendo parochias, & praebendas sine cura in ecclesiis cathedralibus accipiendo. Nullus. n. in statu perfectionis discedere possit, nisi mortaliter peccando, & apostatando. Et inde est quod Dion. in eccl. hierar. perfectionem attribuit solis episcopis, quasi perfectioribus, & monachis quasi perfectis, illuminationem uero attribuit presbyteris tanquam illuminatoribus per sacramentorum administrationem, & sacro populo tanquam illuminandis: purgatione uero diaconibus, tanquam purgatoribus, & ordini immundorum tanquam purgandis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ad omnes illas Chrysaustoritates breuiter responderi possit, quod non loquitur de sacerdote parochiali, sed de episcopo qui anthonomatice sacerdos dicitur, quasi summus sacerdos, & hic modus loquendi est plurimum consuetus, ut sacerdotes episcopi nominentur. Et haec responsio uidetur congruere secundum intentionem operis, in quo Chrysoströmus Basilium consolatur de sua promotione, uterque. n. erat in episcopum electus. Ut tamen particulariter ad singula respondeamus.

F AD PRIMUM dicendum, quod si quis consideret uerborum circumstantiam, nihil ad propositum faciat, praemitte enim, si illi qui in secretis habitant, multorum sermonibus non mouentur, digna quidem laude est patientia, non tamen idoneum argumentum uirtutis: cum uero fuerit in medijs fluctibus, & de tempestate nauem liberare poterit, tunc merito testimonium perfecti gubernatoris ab omnibus promeretur: & tunc concluditur, haec ergo & nunc mihi si talem aliquem adducas monachum, qualis ut secundum exaggerationem dicam, Helias fuit, tamen quoad solus est, si non perurbatur, neque grauius peccat, quippe qui non habet quibus stimuletur atque exasperetur, non tamen illi comparandum est, qui traditus populis, & multorum peccata ferre compulsum immobilis periculerat & fortis, quae sicut in tranquillitate, ita in tempestate gubernauit semetipsum. Vbi manifestum est, quod non comparat statum statui, sed in impeccabilitatem impeccabilitati: quod enim monachus in claustris habitans non peccet, non est ita euidens argumentum uirtutis, sicut si presbyter, uel episcopus, uel quicumque rector populi in medijs perturbationibus abstinere a peccato: sicut non est argumentum tantae industriae, si gubernator absque periculo nauiget in mari tranquillo, ac si nauiget in mari tempestuoso, & tamen ad industriam nauis pertinet ut mare tempestuosum deuret. Sic ergo ex praemissis uerbis nihil aliud ostendi potest, nisi quod periculosior est status habentis curam animarum quam monachi: & in maiori periculo innocenter se seruare, maioris uirtutis est argumentum, unde maior uirtus requiritur ad hoc, quod aliquis conseruet se a peccato immunem inter populos, quam in religione: sed maioris uirtutis est uitare pericula religionem intrando, quam pericula non uitare. Quanto enim aliquis magis amat suam salutem, tanto magis uitat suae salutis pericula.

Et per hoc etiam patet responsio ad secundum. Non. n. dicit quod mallet esse in officio sacerdotali, quod in solitudine monachorum, sed quod mallet placere in hoc, quam in illo. Quilibet. n. sapiens magis uellet habere tantam uirtutem, per quam posset etiam inter pericula securus existeret, quam tale uirtutem qua posset extra pericula seruari: sed quia praesumptuosum est, ut aliquis talem uirtutem se habere presumat, per quam posset etiam inter pericula esse tutus, uirtuosius est quod se extra pericula ponat. Unde ipse subdit. Quod laudabile est studio & bonum pronuntiabam, officium ad ministracionem ecclesiasticae, non utique defugerem, si idoneum ad eius gubernationem me uideret. Prudenter ergo refugiebat, qui tantam uirtutem per quam idoneus esset, non sibi superbe ascribebat.

Et si similiter responsio patet ad tertium. Si quis enim in conuersatione multorum positus posset in perturbatum illum nitorem plenae sanctitatis, & continentiae splendore, & alia monachorum bona incorrupta & inconcussa seruare, omnibus praetere est. Maioris. n. uirtutis iudicium est, ut puritatem perfectam aliquis conseruet etiam inter pericula puritatis, quam si ea extra pericula conseruaret: sed tamen parum amare puritatem suam commiserit, qui puritatis pericula non uitat, inter quae dicitur sicillimum est & rarissimum omnimoda puritatis seruare: sicut maxima puritas fuit beatae agnetis, quae in lupanari posita uirginalis puritatis seruauit, & tamen quia puritatis amatrix erat, non in lupanari haec sua uirtute ostendere elegisset, sed quod magis pura mentem

tem habebat, tanto minus lupanar propria uoluntate elegisset, & simile est in omnibus talibus.

Ad **QVARTVM** dicendum, quod auctoritas illa non pertinet ad perfectionem uite, sed ad differentiam dignitatis. Sic n. prius distat a rege, sicut nō habens pralationem ab habente: hoc autem in questione nō uertitur, an sit maior dignitate pralationis quicumque habens curam animarum religioso curam animarum non habente.

Ad **QVINTVM** dicendum, quod alia ratio est de episcopis & plebanis. Nam episcopi principalē potestatem curam habent, plebani autem & archidiaconi sunt subministratores & coadiutores eorum. Vñ dicitur 16. q. 11. Oib. presbyteris, & diaconibus, & reliquis clericis attendendum est, ut nihil absque episcopi proprii licentia agant: non utique Missas sine suo iussu quisquam presbyterorum in sua parochia agat, non baptizet, nec quicquam absque eius permisso faciat. Et 1. Cor. 12. dicitur in gl. quod opulationes sunt, qui maioribus fuerunt opus, ut Titus Apostolo, uel archidiaconi episcopis: gubernationes uero sunt minorum personarum, ut sunt presbyteri. Vnde si quis recte consideret, hoc modo in regimine ecclesie comparantur archidiaconi & plebani ad episcopum, sicut in regimine temporalis prapostiti & balui ad regem: & iō sicut rex coronatur & inungitur in regno, non autem prapostiti, uel balui, ita etiam episcopus in ecclesia, nō autem archidiaconi, uel plebani, & propter hoc episcopatus est ordo in comparatione ad corpus mysticum, non autē plebanatus, uel archidiaconatus, sed officium tantum. Episcopis ergo similes sunt archidiaconi, & plebani sicut coadiutores & ministri: sed religiosi sunt episcopis similes in perpetua obligatione, quae facit statum perfectionis.

Ad **SEXTVM** dicendum, quod aliqua duo opera uel in bono, uel in malo possunt multipliciter adinuicem comparari. Vno modo, secundum suum genus, sicut dicimus continentiam uirginalem praeminere, in bono continentiae uiduali: in malo uero homicidium furto, & hoc modo uita actiua est fructuosior, quam contemplatiua, sed contemplatiua merito maior est quam actiua: ut Grego. dicit in 7. morali. Zelus etiam animarum est sacrificium Deo acceptissimum, si tamen ordinare fiat, ut scilicet primo homo habeat curam salutis suae, & postmodum aliorum: alioquin nihil prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animę uero suae detrimentum patiatur, ut dicitur Matthaei 16. Alio modo, potest opus operi comparari in bono, uel in malo non secundum se, sed in ordine ad alium actum, sicut abstinentia praefertur in bono sumptionis cibi, tamen assumere cibum cum aliquo propter charitatem praefertur abstinentiae, & in malo, adulterium praefertur furto, tamen furari gladium ad occidendum, est grauius quam adulterium. Tertio, praefertur opus operi in bono, uel malo ex uoluntate facientis. Quod n. promptiori uoluntate fit, melius, uel peius iudicatur. Si ergo cōparemus opera plebani, uel archidiaconi operibus religiosorum tertio modo comparationis, uel secundum promptitudinem uoluntatis, tunc incertum iudicium est, quia ille qui ex feruentiori charitate operatur, opera magis meritoria habet. Si uero comparentur secunda comparatione per ordinem ad aliquid aliud opus, sic opera religiosi sunt incomparabiliter eminentiora operibus archidiaconi, uel plebani. Ea. n. quae religiosi agunt, ad illam radicem referuntur, qua tota uita sua Deo deuouerunt:

A unde non est pensandum quid faciant, sed magis quod qualibet facienda se deuouerunt, & sic quodammodo comparatur ad eos qui aliquod singulare bonum opus faciunt, sicut infinitum ad finitum. Qui enim dat se alicui ad faciendum omnia quae iubet, in infinitum magis se dat ei, quam ille qui dat se ei ad aliquod opus faciendum. Vñ supposito quod religiosus secundum exigentiam suae religionis faciat aliquod opus quod sit paruum sibi se, tamen recipit magnam intentionem ex ordine ad primam obligationem, qua se totum Deo uouit.

B Si uero comparentur ipsa opera sibi se, secundum primum modum comparationis, sic aliqua particularia opera quae plebani faciunt, uel archidiaconi, sunt maiora aliquibus particularibus operibus religiosi faciunt, sicut maius est intendere salutem animarum, quam ieiunare, uel silentium tenere, uel aliqua huiusmodi. Si tamen omnia omnibus comparentur, multo maiora sunt opera religiosorum. Et si enim procurare salutem aliorum sit maius intendere sibi soli, loquendo in genere, tamen nō quocumque modo intendere salutem aliorum praefertur ei, quod est quocumque modo intendere suam salutem. Si enim aliquis totaliter, & perfecte intendit suae salutem, multo maius est quam si aliquis multa particularia opera agat ad salutem aliorum, si saluti propriae & si sufficienter, non tñ perfecte intendat.

C Ad **SEPTIMVM** dicendum, quod bene administrare aliquid est plus & minus. Vnde si illis cui commissum est, tanto sit melior administratio, quanto maius est quod ei committitur, absque dubitatione plus meretur. Si uero ille cui minus committitur, multo plus facit quam ille cui maius committitur, & si bene faciat, tamen alius plus meretur, quod etiam in rebus humanis apparet, qui minus beneficium percipit, si plus seruiat, magis dicit esse acceptus. Quāuis autem habenti curam animarum sit plus commissum quantum ad dignitatem, quia tamen religiosus maiora opera facit, ut dictū ē, magis meretur.

QVÆSTIO VII.

D E INDE quaesitum est de his quae pertinent ad laicos.

¶ Primo de matrimonio, utrū mulier, quae post uotum continentiae emissum contraxit matrimonium in facie ecclesiae, possit absque peccato uero carnaliter commisceri.

¶ Secundo, De usura, utrum aliquis possit licite retinere illud, quod acquiritur licitis mercimonijs de pecunia uisitaria.

ARTICVLVS XVIII.

E TRUM mulier post uotum continentiae emissum in facie ecclesiae si nupsit, possit absque peccato uero carnaliter commisceri.

C IRCA primum sic proceditur. Videtur, quod mulier quae post uotum continentiae emissum in facie ecclesiae contraxit cum aliquo, possit ei postmodum absque peccato carnaliter commisceri. Quod enim sit auctoritate ecclesiae, caret peccato, cum fiat auctoritate Christi, secundum illud Apostolo. 2. ad Cor. 2. Nam & ego quod donauit, si quid donauit, propter uos in persona Christi: sed praedicta mulier ex hoc ipso quod in facie ecclesiae contraxit matrimonium auctoritate ecclesiae, potestatem accepit ad matrimonium actum, qui est carnalis copula, ergo non peccat, si uiro suo carnaliter commisceatur.

Quodlib. S. Tho. C 3 SED

4. di. 29 q. 2.
ar. 3. & d. 28
q. 1. ar. 1. di.
28. q. 1. ar. 1.
o. & ad 1.

SED CONTRA. Votum continentiae est excellentius quam votum abstinentiae, quia non est digna ponderatio continentis animae, ut dicitur Ecclesiastici 26. sed qui facit contra votum abstinentiae peccat mortaliter, puta, si aliquis frangeret ieiunium sextae feriae, qui semper se in sexta feria ieiunaturum uouisset, ergo multo magis semper peccat mortaliter persona, quae contra uotum continentiae emisit alteri personae carnaliter commiscetur.

RESPON. Dicendum, quod uotum continentiae est duplex, simplex. scilicet & solemne. Solemne autem uotum continentiae impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum. scilicet facit ut non sit matrimonium, quod contrahitur post uotum solemne. Vnde matrimonium post uotum solemne non excusatur a peccato, etiam si quis matrimonium in facie ecclesiae de facto contrahat, & carnali copula utatur. Votum uero simplex impedit quidem matrimonium contrahendum, sed non dirimit iam contractum. Non enim facit quod matrimonium sequens sit nullum, sed solum quod matrimonium contrahens mortaliter peccat. Matrimonium autem existente mulier non habet sui corporis potestatem, sed uir, & similiter e conuerso. Nullus autem potest alteri denegare quod eius est: & ideo mulier matrimonio coniuncta, etiam si simplex uotum praecesserit, non potest denegare uiro sui corporis usum, praecipue postquam fuerit matrimonium per carnalem copulam consummatum: **H** nemo autem faciens quod debet, peccat. Vnde communiter ab omnibus dicitur, quod mulier quae post uotum simplex continentiae, matrimonium contractum carnali copula consummauit, iam non peccat reddendo debitum uiro: sed an peccet exigendo debitum, dubium uidetur quibusdam dicentibus, quod etiam absque peccato exigere potest, ne intolerabile sit sibi matrimonii onus. Sed uerius dici uidetur, quod non peccat reddendo, quia hoc necessitatis est: peccat autem exigendo, quia hoc est uoluntatis, quae tenetur astricta per obligationem praecedentis uoti. Huius autem diuersitatis ratio est, quia uotum solemne habet promissionem cum quadam traditione, unde uotum continentiae non solemnizatur, nisi per susceptionem ordinis sacri, per quem homo actualiter diuino cultui mancipatur: uel per professionem ad certam regulam, & susceptionem habitus professorum, quia sic etiam homo actualiter mancipatur ad seruiendum Deo in religione. Votum autem simplex habet promissionem sine traditione. Manifestum est autem, quod postquam aliquis rem quam erat suae potestatis, alicui non solum promittit, sed etiam tradit, non potest eam ulterius alteri dare, puta, equum, uel uestem, & similia, etiam si postmodum alteri donare uoluerit, secunda donatio non ualet. Vnde postquam aliquis per uotum solemne continentiae corpus suum Deo non solum promittit, sed etiam tradit ad celibem uitam agendam, non potest illud ulterius coniugi dare, ut sic ex necessitate reddere debitum tenetur. Qui uero promittit aliquid alicui, nondum tamen tradidit illud, si postmodum alteri actualiter illud tradat, licet promissionis fidem frangat, tamen secunda donatio ualet, ita quod si ille cui datur, potest re data uti ut uult. Sic ergo persona quae per simplex uotum Deo corpus suum promittit ad celibem uitam duccendam, si postmodum corporis sui potestatem tradat coniugi actualiter per matrimonium consummatum, peccat quidem frangens fidem uoti, tamen donatio tenet, & coniunx habet in eius corpus po-

testatem, unde non peccat debitum reddens, unde oportet ad utrumque respondere.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod mulier quae emisit uotum continentiae, contrahens in facie ecclesiae, non accipit ab ecclesia auctoritatem ut carnali copula utatur, quia si ecclesia constaret de uoto emisso matrimonium in hiberet. Si autem sciret, & dispensaret in uoto simplici continentiae auctoritate Apostolica, post dispensationem non peccaret mulier neque exigendo, neque reddendo debitum.

AD SECUNDUM quod est in contrarium, dicendum quod eadem ratio est & in uoto continentiae, & in uoto abstinentiae. Sicut enim persona quae post uotum simplex continentiae emisit simpliciter potestatem coniugi tradit, absque peccato carnali copula utitur debitum reddens, ita si post uotum abstinentiae simpliciter potestatem alteri tradit religionem intrando, absque peccato ieiunium solueret secundum obedientiam praelati, & obseruantiam religionis, quia per uotum solemnizatum ab aliis uotis absoluitur.

ARTICVLVS XIX.

Utrum quis reddere teneatur quod ex usus lucratus est.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod quicquid aliquis de pecunia uisuraria lucrans fuerit, reddere teneatur. Dicit enim Apostolus ad Romanos. Si radix sancta, & rami, ergo e conuerso, si radix infecta, & rami, sed radix huiusmodi lucri est infecta, & uisuraria, ergo totum est infectum & uisurarium, non ergo potest licite huiusmodi lucrum retinere.

SED CONTRA. Quilibet potest licite retinere id, quod legitime acquisiuit: sed quod acquiritur de pecunia uisuraria, interdum legitime acquiritur, ergo licite potest retineri.

RESPON. Dicendum, quod huiusmodi ueritas poterit appetere, si consideretur id quod uisurariam accipere sit peccatum. Non enim est peccatum solui, quia est prohibitorium, sed quia est contra rationem naturalem, ut etiam Philo. dicit in 1. Politicorum.

AD CUIUS euidentiam considerandum, quod res in usum hominis uiuentium quadam sunt, quarum usus non est ipsius rei consumptio: ut si contingat deteriorari, uel consumi per usum, hoc est per accidens, sicut domus, uestis, liber, equus, & huiusmodi. Non enim uel libro est delere ipsum, neque uel domo est destruere ipsam, & in talibus aliud est dare usum rei, & aliud est dare substantiam rei, & propter hoc, quod per accommodationem usus talis rei alteri conceditur, non propter hoc dominium rei transfertur, & propter hoc etiam potest uendi usus rei in dominio rei remanente apud dominum, sicut patet in conductione & locatione, qui sunt contractus liciti. Quaedam uero res sunt, quarum usus nihil est aliud quam consumptio ipsarum rerum, sicut pecunia, qua uiuimus expendendo, uel quo uiuimus bibendo, & sic de aliis huiusmodi, in quibus uti re nihil aliud est quam consumere ipsam: & ideo in talibus quod conceditur usus rei per mutuum, transfertur etiam rei dominium. Quia ergo usus rei non est separabilis ab ipsa re, quicumque uendit usum talium rerum retinendo sibi obligationem ad sortem reddendam, manifestum est quod idem uendit bis, quod est contra naturalem iustitiam, & ideo exigere usuram est in se iniustum. Tenetur ergo aliquis id, quod accipit ul-

tra forte restituere, quia iniuste accepit, & per consequens sequens damna & interesse. Sed cum ipsius pecunia usurarie non sit alius usus, quam ipsa eius substantia, ratione iam dicta, patet consequenter quod ex quo pecuniam usurariam reddidit, de usu pecuniae nihil reddere tenetur: teneretur autem reddere aliquid id, quod lucratus esset de domo aliena, uel de equo, uel aliquo huiusmodi, etiam postquam res huiusmodi reddidisset, quia in talibus appreritur res, & usus rei.

Ad illud ergo quod in contrarium obijcitur dicendum, quod pecunia usuraria non se habet per modum radicis ad lucrum quod de ea fit, sed solum per modum materię. Radix enim aliquo modo habet uirtutem causę actiue, in quantum ministrat alimentum toti plantę: unde in humanis actibus uoluntas & intentio comparantur radici, quę si peruersa fuerit, opus erit peruersum, non autem hoc est necessarium in eo quod est materiale. Potest enim aliquis interdum malo bene uti.

QUESTIO XIII.

DEINDE quęstum est de his quę pertinent communiter ad omnes homines.

¶ Et primo, Quantum ad animam.

¶ Secundo, Quantum ad corpus.

¶ Tertio, Quantum ad actum hominis.

¶ Circa animam quęstia sunt tria.

¶ Primo, Quantum ad substantiam eius: utrum sit composita ex materia & forma.

¶ Secundo, Quantum ad cognitionem eius.

¶ Tertio, Quantum ad penam ipsius.

ARTICVLVS XX.

Utrum anima sit composita ex materia & forma.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod anima sit composita ex materia & forma: Intellectus enim humanus comparatur ad substantias intellectuales superiores per recessum simplicitatis: sed de quodammodo dicitur a simplici, incidit in aliquam compositionem: prima autem compositio est ex materia & forma. ergo anima humana est composita ex materia & forma.

SED CONTRA est, quod phil. dicit in 3. de anima, quod species rerum materialium prout sunt in ipsis rebus, non sunt intelligibiles actu, quia sunt in materia: sed prout sunt in anima intellectiua humana, sunt intelligibiles actu. ergo non sunt in materia. non ergo anima humana est composita ex materia & forma.

RESPON. Dicendum, quod si materia dicatur omne illud quod est in potentia quocumque modo, & forma dicatur omnis actus, necesse est ponere, quod anima humana, & quęlibet substantia creata sit composita ex materia & forma. Omnis enim substantia creata est composita ex potentia & actu. Manifestum est enim, quod solus deus est suum esse quasi essentialiter existens, in quantum, scilicet suum esse est eius substantia, quod de nullo alio dici potest. Esse enim subsistens, non potest esse nisi unum, si cut nec albedo subsistens non potest esse nisi unum. Oportet ergo quod quęlibet alia res sit ens participatiue, ita quod aliud sit in eo substantia participans esse, & aliud ipsum esse participatiue. Omne autem participans se habet ad participatum sicut potentia ad actum, uel substantia cuiuslibet rei creatę, se habet ad suum esse sicut potentia ad actum. Sic ergo omnis substantia

creata est composita ex potentia, & actu. ex eo quod est, & esse, ut Boet. dicit in li. de hebdomada. Sic utrumque componitur ex eo quod est album, & albedine. Si uero materia proprie accipiatur pro illo quod est potentia tantum, sic impossibile est quod anima humana sit composita ex materia & forma, & hoc potest manifestari dupliciter. Primo quidem ex eo quod est intellectualis substantia: manifestum est enim quod intellectus in actu est intellectum in actu. Intellectum autem in actu est aliquid, in quantum est immateriale. Est enim aliquid perfecte cognoscibile in quantum est actus, non autem in quantum est potentia, ut dicitur in 9. meta. unde cum materia sit ens in potentia, forma in materia existens non potest esse perfecte cognita, ut intellecta in actu: unde sequitur quod nulla substantia intellectiua, cuius perfectio est ipsum intellectum in actu, sit materialis, eo quod oportet perfectionem proportionati perfectibili. Secundo apparet idem ex hoc, quod anima est forma. Cum enim forma sit actus, & id quod est in potentia, non possit esse actus, impossibile est quod aliquid compositum ex materia, & forma secundum se totum sit forma. Si ergo anima quę ponitur componi ex materia & forma sit forma secundum aliquam sui partem quę est actus, cuius nulla pars est materia, sequitur quod animę pars non sit materia: hoc enim dicimus animam quod est actus corporis animati.

Ad illud uero quod in contrarium obijcitur dicendum, quod potentia & actus sunt prima principia in genere substantię; materia autem & forma sunt prima principia in genere substantię mobilis: unde non oportet omnem compositionem in genere substantię esse ex materia & forma, sed hoc solum necesse est in substantiis mobilibus.

QUESTIO IX.

DEINDE quęstum est de anima quantum ad eius cognitionem.

¶ Et circa hoc quęstia sunt duo.

¶ Primo, Utrum anima separata a corpore cognoscat aliam animam separatam.

¶ Secundo, Utrum liceat ab aliquo moriente exigere ut statim suum post mortem denuntiet.

ARTICVLVS XXI.

Utrum anima separata cognoscat aliam animam separatam.

CIRCA primum sic proceditur. Videtur, quod anima separata a corpore non cognoscat aliam animam hominis, quā in hac uita cognouit. Omnis enim cognitio per aliquam sit similitudinem: sed in una anima non fuit expressa alterius animę similitudo in hac uita, quę possit in ea post mortem remanere. ergo una anima separata non potest aliam cognoscere.

¶ Prat. Philo. dicit in 3. de anima, quod corrupto corpore anima non reminiscitur. non ergo recognoscit animam hominis, quam in hac uita cognouit.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 16. quod diues in inferno secundum animam positus recognouit Lazarum in sinu Abrahę secundum animam existentem.

RESPON. Dicendum, quod cum nulla substantia propria operatione destituatur, necesse est ponere, eum anima intellectiua post mortem remanere, quod aliquo modo intelligat. necesse est autem ei attribuere alterum modum modorum intelligendi, ut scilicet intelligat uel abstractendo species intelligibiles a rebus, sicut nunc intelligit Quodlib. S. Tho. C 4 git

D. 461.

Te. com. 20.

B

C

1. p. q. 5. ar. 5. ca.

Te. com. 16.

D. 354.

Te. com. 20.

git corpori unita, uel per species intelligibiles in corpore acquisitas, & in ea conseruatas post mortem, uel et per aliquas species concreatas, uel qua literumque desuper influxas. Quidam ergo dnt, qd animæ separata intelligit abstrahendo species intelligibiles a rebus; sed hoc esse non pot. Abstrahio. n. specierum intelligibilium a rebus sensibilib. fit mediante sensu & imaginatione, quorum operationes cum sint per organa corporalia, animæ separatae attribui non possunt. Vnde alii hoc negantes, dicunt ulterius, quod nec etiam per species acquisitas a rebus sensibilibus, dum esset in corpore, anima separata intelligit. Ponunt enim Auicennam sequentes, quod species intelligibiles non conferuntur in intellectu possibili, nisi dum actu intelligit, sed conseruantur species particulares reru sensibilium solum in imaginatiua & memoratiua, ad quas dum intellectus possibilis se conuertit, de nouo influunt in ipsum species intelligibiles ab intellectu agente. Cum ergo uis memoratiua & imaginatiua corrumpatur corpore corrupto, eo quod est uirtus organi corporalis, sequitur quod anima post mortem nullo modo intelligere possit per aliquas species a rebus sensibilibus acceptas: unde relinquunt secundum eos, quod anima separata intelligat per species concreatas, sicut & angeli. Sed hæc quidem positio irrationalis uidetur quantum ad utrumque dictorum. Quod. n. species intelligibiles in intellectu possibili non conseruentur, est contra rationem. Quod. n. in aliquo recipitur, est in eo per modum recipientis: unde cum intellectus possibilis habeat esse stabile & immobile, oportet quod species intelligibiles in eo recipiantur stabiliter & immobiliter. Est etiam contra Arist. qui dicit in 3. de anima, quod intellectus possibilis cum sciat singula, hoc est, accipiens species singulorum, ut sciens. i. sicut contingit in scientia, uel in eo qui habet scientiam, tunc dicitur secundum actum, hoc autem confestim accidit, cum possit operari per seipsum. Est ergo quidem & tunc potentia quodammodo, non tamen simpliciter, sicut ante ad discere, aut inuenire. Ex quibus uerbis apparet, quod species intelligibiles quandoque sunt habitus intellectu possibili, quamuis actu non operetur. Illud etiam quod dicunt, animam humanam habere species intelligibiles concreatas, irrationabiliter dicitur. Si enim potest eis uti dum est corpori unita, sequitur quod possit homo intelligere ea quorum sensum non accepit, ut puta, qd cæcus intelligat colores, qd patet esse falsum. Si autem per unionem corporis totaliter impeditur anima humana, ut speciebus intelligibilibus concreatis uti non possit, sequitur quod unio corporis & animæ non sit naturalis. Id enim quod est in natura rei, non totaliter impeditur per aliquid quod est rei naturale, alioquin natura faceret alterum illorum frustra. Sic ergo dicendum est, quod anima separata intelligere potest quedam per species intelligibiles, quas per sensus a rebus acquisiuit dum esset in corpore. Sed iste modus cognoscendi non sufficit, quia multa cognoscit anima separata, quæ nos in hac uita non cognoscimus, maxime quia inconueniens uidetur, quod animæ illorum qui in maternis uteris moriuntur, quæ forte nullum intellectus usum habuerunt, & per consequens nec alias species intelligibiles acquisitas, nihil post mortem intelligant. Vnde oportet addere, quod anima in sui separatione a corpore recipit influxum specierum intelligibilium a natura superiori. scilicet a secunda naturali ordinē

quo experimur, quod anima humana quanto magis a corporeis sensibus abstrahitur magis potest esse particeps superioris influxus, sicut patet in dormientibus, & alienatis, qui etiam quedam futura præuident. Sic ergo anima separata potest animam aliam cognoscere tam per notitiam, quam de ea acquisiuit in hac uita per aliquam similitudinem effectus ipsius, qui est uita hominis, siue per aliquam similitudinem influxam a Deo naturali influxu. Et per hoc patet responsio ad primum. Ad secundum dicendum, quod Philosophus loquitur quantum ad memorari & reminisci, quod est per actus cuiusdam potentie sensitivæ utentis organo corporali, quo corrupto cessat actus talis potentie.

ARTICVLVS XXII.

Verum liceat requirere ab aliquo moriente, ut statum suum post mortem reuellet.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur, quod non liceat ab aliquo moriente requirere, quod reuellet statum suum post mortem. Non. licet inquirere quæ Deus uult esse abscondita, sicut illud Eccl. 3. Altiora te ne quaeris: sed Deus uult esse absconditum statum animæ post mortem, quod patet ex hoc quod diuiti petenti ut Lazarus mitteretur ad fratres suos uiuentes, est hoc denegatum, sicut dicitur Luc. 16. non ergo licet hoc a morientibus requirere.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. Mach. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare: sed ad hoc homo pronocat per hoc, quod cognoscit necessitatē eorum, quam habent post mortem: ergo licitum est & sanctum hoc a morientibus requirere.

RESPON. Dicendum, quod cum peccatum sit contra naturam, ut patet per Damasium 2. l. requirere per imperionem naturalis desiderii non est peccatum nisi aliqua inordinatio adiungatur, sicut patet in sumptione cibi & potus. Hō aut naturaliter scire desiderat: unde si requirat alicuius rei notitiā, non est peccati, nisi forte per accidens, hoc est, per aliquam inordinationem adiunctā, puta, si per studium & inquisitionem alicuius scientiæ aliis impediatur ab his, quibus tenetur intendere, puta, si prædicator impediatur ab officio debite prædicationis propter studium geometriæ, aut etiam si quis inquirat aliquid cognoscere, superbe & præsumptuose de sua facultate cōfidens, uel si qua alia huiusmodi inordinatio circa hoc contingat. Nulla autem inordinatio in hac inquisitione uidetur, si aliquis requirat a moriente cognoscere statum suum post mortem, submitendo tamen hoc diuino iudicio. Vnde nulla ratio uidetur, quare debeat dici hoc esse peccatum, nisi forte ex dubitatione fidei de futuro statu, quasi tentando inquirat.

Ad illud uero quod in contrarium obiicitur dicendum, quod Deus uult multa nobis sic esse abscondita, quorum notitiam propriis uiribus, aut merito acquirere non possumus, quæ tamen uult reuelari humiliter & pie quærentibus, secundum illud Matt. 11. Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: unde non est mirum, si superbis fratribus superbi diuitis Deus aliquid qua noluit reuelari, quæ tamen uult reuelari fidelibus pie & humiliter requirentibus.

Tex. con. 2.

QVAESTIO X.

DEINDE quaesitum est de anima quantum ad poenam.

¶ Et circa hoc quaesita sunt duo.

¶ Primo, Vtrum aia possit pati ab igne corporeo.
¶ Secundo, vtrum damnati in inferno gaudeant de poenis inimicorum suorum, quos uident secum puniri.

ARTICVLVS XXIII:

Vtrum anima separata possit pati ab igne corporeo.

CIRCA primum sic proceditur. Videtur qd anima separata non possit pati ab igne corporeo. Actio enim agentis est proportionata passioni patientis: sed actio ignis, cum sit corpus physicum, est actio naturalis, quae consistit in mouere. ergo nihil patitur ab igne corporeo, nisi quod mouetur: sed anima non mouetur, cum sit impartibilis, nihil autem impartibile mouetur, ut probatur in 6. phys. et ergo anima non patitur ab igne corporeo.

SED CONTRA est, quod diues in inferno secundum animam existens dicit. Crucior in hac flamma, ut dicitur Lucæ 16.

RESPON. Dicendum, quod anima patitur poenam ab igne corporeo, sicut fides catholica docet: quia autem ignis corporeus agit in animam separatam, hoc non habet ex natura sua, sed in quantum est instrumentum diuine iustitiae, ut dicitur communiter. Aduertendum tamen est, quod nullum instrumentum agit in uirtute superioris agentis, nisi exercendo aliquam actionem sibi connaturalem, alioquin frustra adhiberetur ad effectum, sicut ferrum in quantum est instrumentum artis, facit arcam. secundo, & aqua baptismalis abluit animam, ut instrumentum diuine misericordiae corporaliter ablucendo. Si ergo ignis corporeus agit in animam, ut est instrumentum diuinae iustitiae puniendi, necesse est quod hoc fiat per aliquam actionem igni corporeo connaturalem. Non autem potest dici, quod ignis alteret animam calcificando, uel desiccando, aut igniendo ipsam. Vnde relinquitur modus, quem Aug. ponit i. de ciu. Dei, ut. scilicet anima separata, uel spiritus de monis patitur poena per a alligationem quandam ab igne corporeo. Videmus enim spiritum corpori alligari quandoque quidem naturaliter, sicut anima alligatur corpori: quandoque autem quadam superiori uirtute, sicut per uirtutem superiorum demonum inferiores demones alligantur arte necromantica imaginibus, uel annulis, uel aliis huiusmodi rebus. Multo ergo magis uirtute diuina demones, uel etiam animam alligari possunt igni corporeo, ut ab eo assumant poenam.

Vnde patet responsio ad illud quod in contrarium obieciatur, quod procedit de actione ignis, quae est per alterationem.

ARTICVLVS XXIIII.

Vtrum damnati gaudeant de poenis inimicorum.

AD SECUNDVM sic proceditur. Vt, qd damnati in inferno gaudeant & consolentur de poenis inimicorum suorum, quos secum uident in inferno puniri, quia super illud Isai. 4. Omnes principes terre surrexerunt de follis suis, dicit gl. Hier. qd solatiu est malis inimicos suos socios hinc peccari.

A SED CONTRA. Omne gaudium diminuit dolorem, ut patet per phil. in 7. eth. sed dolor damnatorum est infinitus intensiue. tantum ergo possent multiplicari inimici alicuius damnati in inferno, qd totaliter dolor eius deleretur, quod est contra diuinam iustitiam.

RESPON. Dicendum, quod nihil prohibet idem secundum diuersas rationes esse delectabile & tristabile, tamen simpliciter dicitur tale ab eo quod praeminet: ab eo uero quod est minus, denominatur secundum quid. Dicendum est ergo, quod poena inimici considerata ab eo qui est in inferno, habet quodammodo rationem delectabilis, & quodammodo rationem tristabilis. Rationem quidem delectabilis habet, in quantum impletur uoluntas damnati de malo inimici sui. Descendunt namque in infernum damnati cum armis. i. cum affectionibus prauis, ut dicit Ezech. 32. sed ex alia parte habet rationem tristabilis per duo. Primo quidem in quantum in poena inimici impletur diuina iustitia, quam odit & blasphemant damnati in inferno, secundum illud Apoc. 16. Aestuauerunt homines estu magno, & blasphemauerunt nomen Domini. Secundo, propter uerum conscientiae. Sic enim in eis prauae affectiones remanent, quod & tamen de eis dolent ad punitionem, non ad purgationem, secundum illud sap. 5. Poenitentiam agentes, & praerogustantia spiritus gementes. Vnde sicut poenitentes in hac uita dolent, & de dolore gaudentia damnati in inferno gaudent de poenis inimicorum suorum, & tamen de ipso gaudio magis dolent, & praecipue si praestiterint eis damnationis causam.

Et per hoc patet responsio ad obieciata.

QVAESTIO XI.

ARTICVLVS XXV.

Vtrum adam non peccante tot fuissent nati mares, quot feminae.

DEINDE quaesitum est de homine quantum ad corporis sexum, vtrum. scilicet si primus homo non peccasset, tot fuissent nati mares quot feminae. & videtur qd sic. In paradiso enim, ubi secundum Aug. fuisse thorus immaculatus, & nuptiae honorabiles, nullus continisset, sed omnes matrimonio uili fuissent, ut impleteretur praecceptum Domini primis hominibus datum. Crescite & multiplicamini, & replete terram, ut habetur Gen. 1. sed in statu innocentiae nullus masculus habuisset plures uxores, nec aliqua mulier plures viros, nec aliquis, aut aliqua mortem sensisset, ergo sequitur qd tot mares nascerentur, quot feminae.

SED CONTRA est, quod dicit Greg. 4. mor. super illud. Nunc enim dormiens silet, dicit. Si parentem primum nulla putredo peccati corrumpere, nequaquam ex se filios gehennae generaret: sed hi qui nunc per redemptionem saluandi sunt, soli ab eo electi nascerentur: sed qui nunc saluandi sunt, non sunt aequaliter mares & feminae: ergo neque in statu innocentiae aequaliter fuissent mares, & feminae.

RESPON. Dicendum, quod si Adam non peccasset, nec aliquis de stirpe eius, satis probabiliter videtur concedendum, quod tot nascerentur mares quot feminae, sicut ratio probat.

Ad illud uero quod in contrarium obieciatur, potest dici, quod cum soli Deo sit certus numerus electorum, incertum est, vtrum inaequales saluentur mares & feminae.

16. com. 12.

D. 228.

42. 44. n. 3.
1. q. 2. ad
1. q. 3. ad
1. q. 4. ad
1. q. 5. ad
1. q. 6. ad
1. q. 7. ad
1. q. 8. ad
1. q. 9. ad
1. q. 10. ad
1. q. 11. ad
1. q. 12. ad
1. q. 13. ad
1. q. 14. ad
1. q. 15. ad
1. q. 16. ad
1. q. 17. ad
1. q. 18. ad
1. q. 19. ad
1. q. 20. ad
1. q. 21. ad
1. q. 22. ad
1. q. 23. ad
1. q. 24. ad
1. q. 25. ad
1. q. 26. ad
1. q. 27. ad
1. q. 28. ad
1. q. 29. ad
1. q. 30. ad
1. q. 31. ad
1. q. 32. ad
1. q. 33. ad
1. q. 34. ad
1. q. 35. ad
1. q. 36. ad
1. q. 37. ad
1. q. 38. ad
1. q. 39. ad
1. q. 40. ad
1. q. 41. ad
1. q. 42. ad
1. q. 43. ad
1. q. 44. ad
1. q. 45. ad
1. q. 46. ad
1. q. 47. ad
1. q. 48. ad
1. q. 49. ad
1. q. 50. ad
1. q. 51. ad
1. q. 52. ad
1. q. 53. ad
1. q. 54. ad
1. q. 55. ad
1. q. 56. ad
1. q. 57. ad
1. q. 58. ad
1. q. 59. ad
1. q. 60. ad
1. q. 61. ad
1. q. 62. ad
1. q. 63. ad
1. q. 64. ad
1. q. 65. ad
1. q. 66. ad
1. q. 67. ad
1. q. 68. ad
1. q. 69. ad
1. q. 70. ad
1. q. 71. ad
1. q. 72. ad
1. q. 73. ad
1. q. 74. ad
1. q. 75. ad
1. q. 76. ad
1. q. 77. ad
1. q. 78. ad
1. q. 79. ad
1. q. 80. ad
1. q. 81. ad
1. q. 82. ad
1. q. 83. ad
1. q. 84. ad
1. q. 85. ad
1. q. 86. ad
1. q. 87. ad
1. q. 88. ad
1. q. 89. ad
1. q. 90. ad
1. q. 91. ad
1. q. 92. ad
1. q. 93. ad
1. q. 94. ad
1. q. 95. ad
1. q. 96. ad
1. q. 97. ad
1. q. 98. ad
1. q. 99. ad
1. q. 100. ad

minæ, uel æqualiter tot mares quot femina: sed si supponitur quod non in equali numero mares saluentur & femina, potest dici quod cum dicitur, hi qui nunc per redemptionem saluandi sunt &c. pronomen, non, facit personalem demonstrationem, sed simplicem, sicut cum dicitur, Hæc herba crescit in horto meo, ut intelligatur nihil aliud significari, quam quod soli saluandi ab eo nascerentur, quia nullus nascendo ab eo traheret damnationis causam. Non autem potest dici, quod idem homines numero nascerentur, qui nunc nascuntur. Manifestum est enim quod non potest esse idem homo numero, si ab alio patre, uel alia matre nascatur. Cum autem multi sint, ex pluribus uxoribus filios suscipiunt qui saluantur, si in statu innocentie pluralitas uxorū non fuisset, in possibile esset quod iidem homines numero tunc nascerentur, qui nunc saluantur.

QVÆSTIO XII.

DEINDE quæsitum est de actibus communibus omnibus hominibus.

¶ Et primo, De conscientia.

¶ Secundo, De poenitentia.

¶ Circa primum quæsitum sunt duo.

¶ Primo, Vtrum conscientia possit errare.

¶ Secundo, Vtrum conscientia erronea liget.

ARTICVLVS XXVI.

Vtrum conscientia errare possit.

22. q. 19. ar. 5.
& 2. di. 2. q.
2. 2. 4. c.

ADPRIMUM sic proceditur. Videtur, quod conscientia errare non possit, quia ad Ro. 2. dicitur, quod conscientia est lex intellectus nostri, quæ est lex naturæ: sed lex naturalis errare non potest, ergo nec conscientia.

¶ Præterea, Basil. dicit, quod conscientia est naturale iudicium: sed naturale iudicium non potest errare, ut patet in primis principiis indemonstrabilibus, de quibus homo naturaliter iudicat, ergo conscientia non potest errare.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Ioan. 16. discipulis loquens. Venit hora, ut omnis qui interfecerit uos, arbitretur se obsequium præstare Deo: sed hoc non est nisi conscientia errante, ergo conscientia potest errare.

2. p. q. 99. ar.
13. & uer. q.
97. ar. 1. 0.

RESPON. Dicendum, quod conscientia (sicut ipsum nomen sonat) importat applicationem scientiæ, uel notitiæ humanæ ad aliquem proprium actum. Omnis autem notitia quam homo habet, potest ad suum actum applicare siue memoriam, prout homo dicitur habere conscientiam rectificatam quod fecerit aliquid, uel non fecerit: siue etiã scientiam uniuersalem, uel particularem, per quam homo potest cognoscere, utrum aliquid sit faciendum, uel non faciendum, & secundum hoc conscientia dicitur urgere, uel impedire. Manifestum est autem, quod si accipiamus diuersas hominis cognitiones, in aliqua potest esse error, & in aliqua non. In primis enim principiis naturaliter cognitis, siue sint speculatiua, siue sint operatiua, nullus potest errare, sicut in hoc. Omne totum est maius sua parte: uel, Nulli iniuriam esse faciendam. In aliis autem humanis cognitionibus magis particularibus siue pertineant ad partem sensitiuam: siue ad rationem inferiorem, quæ considerat humana: siue ad rationem superiorem, quæ considerat diuina, potest multipliciter error accidere.

Manifestum est autem, quod in applicatione multarum cognitionum ad actum prouenit error, quicumque cognitio fuerit erronea: sicut patet op fallitas accidit in conclusione quæcumque premissarum fuerit falsa. Sic ergo licet in cognitione primorum principiorum iuris naturalis non sit error, tamen quia in aliis principiis iuris humani, uel diuini potest error accidere, id conscientia hominis errare potest, sicut patet, quod hereticus qui habet conscientiam numquam iurandi, habet conscientiam erroneam propter hoc, quod credit omnem iuramentum esse contra preceptum Dei, licet in hoc non erret, quod æstimat nihil esse faciendum contra preceptum diuinum.

ADPRIMUM ergo dicendum, quod principia particularia habent virtutem concludendi ex primis principiis uniuersalibus: unde conclusio attribuitur principaliter primis principiis, sicut effectus causæ primæ: & eadem ratione, quia iustus conscientia principaliter dependet ex principiis iuris naturalis, sicut ex primis & per se notis, principaliter conscientia dicitur lex naturalis: uel etiam naturale iudicium. Unde patet, solutio ad secundum.

ARTICVLVS XXVII.

Vtrum conscientia erronea liget ad peccatum.

CIRCA secundum sic proceditur. Vt patet in articulo 22. contra Faustum. Omne peccatum est contra legem æternam, quæ est lex Dei: sed quandoque conscientia errans prohibet id quod non est contra legem Dei, sicut patet in hereticis, qui conscientia erronea prohibente, nolunt iurare, nec comedere carnes, aut bibere uinum, non ergo est eis peccatum, si contra conscientiam hoc faciant, & ita conscientia erronea non obligat ad peccatum.

¶ Præterea, Conscientia erronea quandoque dicit homini quod faciat id quod est contra legem Dei, sicut hæretico sua conscientia erronea dicit, quod peccet contra fidem catholicam: sed faciendum contra legem Dei peccat mortaliter. si ergo est faciendum contra conscientiam erroneam peccat mortaliter, sequeret utrobique esse peccatum siue prædicaret contra legem Dei, siue non, & ita esset perplexus, quod esse inconueniens, quia sequeretur quod non pareret ei in uia salutis, cum tamen omnibus pateat per penitentiam in hac uita, non ergo conscientia erronea ligat.

SED CONTRA est, quod ad Roma. 14. super illud, Omne quod non est ex fide, peccatum est, dicitur, quod qui facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam.

RESPON. Dicendum quod cum actus recipiat speciem ab obiecto, non recipit speciem ab eo secundum materiam obiecti, sed secundum rationem obiecti, sicut uisio lapidis non recipit speciem a lapide, sed a colorato quod est per se obiectum uisus. Omnis autem actus humanus habet rationem obiectum autem uoluntatis secundum propriam rationem est bonum apprehensum, & ideo actus humanus iudicatur uirtuosus, uel uitiosus secundum bonum apprehensum, in quod per se uoluntas fert, & non secundum materiale obiectum actus: sicut si aliquis credens occidere patrem, occidat seruum, incurrit parricidii peccatum. & e contrario, si quis uenator putans occidere ceruam, immoderata diligentia adhibita, occidat casualiter patrem, immunitus est a parricidii crimine. Si ergo aliquid per secundum

dum se non est contra legem Dei, vt leuare festum de terra, vel iurare, apprehendatur errante conscientia ut contra legem Dei existens, & sic voluntas in ipsum feratur, manifestum est quod voluntas feratur per se loquendo & formaliter, in id quod est contra legem Dei: materialiter autem in id quod non est contra legem Dei, immo forte in id quod est secundum legem Dei: & ideo manifestum est quod est tibi contemptus legis Dei, & ideo necesse est quod sit tibi peccatum. Et ideo dicendum est, quod omnis conscientia siue recta, siue erronea, siue in per se malis, siue in indifferentibus est obligatoria, ita quod qui contra conscientiam facit, peccat.

D. 384

AD PRIMUM ergo dicendum, quod licet hæreticus qui iurat conscientia erronea contradicente, materialiter loquendo, non faciat contra legem Dei, tamen formaliter loquendo contra legem Dei facit, ut ostensum est.

AD II. Dicendum, quod si alicui dicta conscientia, vt faciat illud quod est contra legem Dei, si non faciat, peccat: & similiter si faciat, peccat, quia ignorantia iuris non excusat a peccato, nisi forte sit ignorantia inuincibilis, sicut est in furiosis & amensibus quæ omnino excusat. Nec tamen sequitur quod sit perplexus simpliciter, sed secundum quid, potest enim erroneam conscientiam deponere, & tunc faciens secundum legem Dei non peccat. Non est autem inconueniens, quod aliquo posito aliquis homo sit perplexus, sicut sacerdos qui tenet cantare, si sit in peccato peccat cantando, & non cantando, nec tamen est simpliciter perplexus, quia potest penitentiam agere, & absque peccato cantare: sicut etiam in syllogisticis, uno quodam inconuenienti dato, alia contingunt, ut dicitur in primo physicorum.

Ter. com. 9.

QVÆSTIO XIII.

DE INDE QUÆSTUM EST DE PENITENTIA. Et circa hoc quæsitum sunt duo.

PRIMO, Vtrum si aliquis sacerdos penitenti dicat, Quicquid boni feceris, sit tibi in remissionem peccatorum, sit satisfactio sacramentalis.

SECUNDO, Vtrum ei qui prætermisit diuinum officium dicere, cum tenetur ad ipsum, possit imponi alia penitentia pro tali omissione, vel sit ei imponendum quod iteret quod omisit.

ARTICVLVS XXVIII.

Vtrum satisfactio uniuersaliter iniuncta a sacerdote sit sacramentalis.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod prædicta satisfactio non sit sacramentalis. Sacramentalis enim satisfactio ad aliquid ligat: sed ille cui prædictus modus satisfactionis indicitur, ad nihil ligatur. ergo uidetur quod non sit sacramentalis satisfactio.

SED CONTRA. Illa uidetur esse sacramentalis satisfactio, quia perfecta ad nihil aliud homo tenetur: sed penitens, cui sic satisfactio iniungitur a sacerdote, nihil aliud tenetur implere, cum nihil sit aliud sibi mandatum. ergo huiusmodi satisfactio est sacramentalis.

RESPON. Dicendum, quod hic est quadruplici distinctione vtendum. Primo enim considerandum est, quod peccator est debitor alicuius satisfactionis dupliciter. Vno modo, ex iniunctione sacerdotis. Alio modo, ex peccato commisso, unde si contingat quod sacerdos minorem satisfactionem impo-

ponat penitenti quam sit illa ad quam obligatur ex quantitate sui peccati, subtracto eo quod remittitur uirtute clauium, & contritionis precedentis, nihilominus penitens ad aliquid ulterius obligatur, quod si in hac uita non proficiat, in purgatorio exoluet: & econuerso, si sacerdos imponat maiorem penitentiam quam penitens facere teneatur penitenti remissione, quæ est facta per vim clauium & contritione precedente, nihilominus penitens tenetur facere quod sibi iniunctum est, si ad sit facultas. Secundo, considerandum quod opus quod quis facit ex iniunctione sacerdotis, dupliciter ualet penitenti.

Vno modo ex natura operis: alio modo ex ui clauium. Cum enim satisfactio a sacerdote absolvente iniuncta sit pars penitentia, manifestum est quod in ea operatur vis clauium, ita quod amplius ualeat ad expiandum peccatum, quam si proprio arbitrio homo faceret idem opus. Tertio considerandum est, quod satisfactio ad duo ualet. Valet enim ad expiationem culpæ præteritæ, ualet & ad cautelam culpæ futuræ: sicut cum homo ieiunat, per hoc præbetur ei remedium contra futuras concupiscentias carnis. Item quarto considerandum est, quod sacerdos potest penitenti satisfactionem iniungere vel ex proprio arbitrio, vel etiam ex consilio alieno. Est ergo dicendum quod sicut potest sacerdos iniungere satisfactionem penitenti ex arbitrio alieno, & ex arbitrio ipsius penitentis, sicut si dicat, Facias hoc si potes, & si non potes, facias hoc. Et simile uidetur cum sacerdos dicit, Quicquid boni feceris, sit tibi in remissionem peccatorum. Videtur autem satisfactio conueniens, quod sacerdos non oneret penitentem graui pondere satisfactionis, quia sicut paruus ignis a multis lignis superpositis facili extinguitur, ita posset contingere quod paruus affectus contritionis in penitente nuper excitatus, propterea graue onus satisfactionis extingueretur peccatore totaliter desperante. Vnde melius est quod sacerdos penitenti indicat quanta penitentia esset sibi pro peccatis iniungenda, & iniungat sibi nihilominus aliquid, quod penitens tolerabiliter ferat, ex cuius implerione affluat ut maiora impleat, quæ etiam sacerdos sibi iniungere non attentasset, & hæc quæ præter iniunctionem expressam facit, accipiunt maiorem uim expiationis culpæ præteritæ ex illa generali iniunctione qua sacerdos dicit, Quicquid boni feceris, sit tibi in remissionem peccatorum, unde laudabiliter constituit hoc a multis sacerdotibus dici, licet non habeant maiorem uim ad præbendum remedium contra culpam futuram, & quantum ad hoc talis satisfactio est sacramentalis in quantum uirtute clauium est culpæ commissæ expiatiua.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XXIX.

Vtrum ei qui omisit dicere diuinum officium, sit iniungendum ut iterato dicat.

AD SECUNDUM sic proceditur. Vt quod ei qui omisit dicere diuinum officium, sit iniungendum ut iterato dicat. Qui enim tenetur ad aliquod debitum speciale implendum, non potest liberari nisi debitum soluat. Si ergo aliquis tenebatur ad hoc debitum, ut scilicet diuinum officium diceret, ut quod non possit absolui, nisi hoc debitum soluat.

SED CONTRA est, quod penitentia sunt arbitrarie, ergo pro peccato talis omissionis quæcumque penitentia secundum arbitrium sacerdotis potest imponi.

RESPON. Dicendum, quod in omni diuino officio

ar. 21. ca. ad i. de temp. officio.

ar. 21. ca. ad i. de temp. officio.

ficio est hoc commune, quod pertinet ad laudem Dei, & ad suffragium fidelium, sed distinguit vnū officium ab alio secundum diuersitatem temporū & locorum. Rationabiliter enim institutum est, vt diuersimode Deus laudetur secundum congruentiam temporum & locorū, & ideo sicut in officiis diuinis exoluendis obseruanda est congruitas loci, ita etiam congruitas temporis, quæ quidem obseruari nō potest, si oporteret iniungere omittenti, q̄ horas diceret quas omisit. Forte enim in Completorio diceret officium dominicæ passionis, qđ esset absurdum, & ideo d non uidetur esse iniūgendum ei q̄ omisit dicere diuinum officium, q̄ horas easdem repetat, sed aliquid ad diuinam laudem pertinens, puta, ut dicat septem psalmos, vel vnū psalteriū, vel aliquid amplius s̄m quantitatem delicti.

Ad illud uero quod in contrarium obiicitur, dicendū, q̄ tempore debito officii prætereunte, iam est impotens ad soluendum debitum, & ideo quia hoc non potest facere, iniungenda est ei alia p̄nitentia.

QVÆSTIO XIII.

DEINDE quæsitum est de creatura pure corporali.

¶ Et circa hoc quæsta sunt duo.

¶ Primo, De arcu nubium qui dicitur iris, utrum sit signum diluuii non futuri.

¶ Secundo, Vtrum possit demonstratiue p̄bati, q̄ mundus non sit æternus.

ARTICVLVS XXX.

Vtrum arcus celestis sit signum non futuri diluuij.

Circa primum sic procedebatur. Vt quod arcus nubium non sit signum diluuij non futuri. Illud enim quod fit ex necessitate nature, non uñ esse institutum ad aliud significandum: sed arcus nubium prouenit ex necessitate nature propter oppositionem solis ad nubem rotidam. ergo non uidetur esse significatiuum diluuij non futuri.

¶ Præter. Huiusmodi apparitiones aeris, sicut iris, & halo. i. circulus continens solem & lunam, & alia huiusmodi, causantur præcipue ex vaporibus humidis in aere existentibus, ex quibus sequuntur pluuia, quæ diluuium faciunt. ergo apparitio iridis magis est signum diluuii futuri, quam diluuij nō futuri.

¶ Præter. Si est signum diluuij non futuri, aut est signum diluuij nunquam futuri, aut est signū diluuij non futuri usque ad aliquod tempus. Si autem est signum diluuij nunquam futuri, non oportuisset quod apparuisset nisi semel. Si autem diluuij non futuri usque ad aliquod tempus, oporteret tempus esse determinatum, quod quidem determinari nō potest nec auctoritate scripturæ, nec ratione humana, ergo frustra huiusmodi signum datur.

SED CONTRA est, quod dicitur Gen. 8. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram, & postea subditur. Et non erunt ultra aquæ diluuii ad delendum uniuersam carnem.

RESPON. Dicendum, q̄ in his quæ in ueteri testamento dicuntur, primo quidem obseruanda est ueritas literalis: sed quia uetus testamentum est figura noui, plerumque in ueteri testō sic aliqua proponuntur, ut ipse modus loquēdi aliquid figurate de-

signet. Dicendum est ergo, q̄ quia cause rerum multos latent, effectus autem sunt manifestiores, proponuntur effectus in designatione causarum. Est autem considerandum, quod pluuiarum causa efficiens quidem est sol, materialis uero uapor humidus eleuatus ex terra & aquis per uirtutē solis: hæc autem duo in triplici dispositione se possunt habere. Quandoque enim calor solis omnino superuenit uapores & extirpat eos, & tunc pluuie sequi non possunt: unde in Aegypto, & in terris multum calidis non sunt pluuia, in æstate etiam propter propinquitatem solis sunt pluuia rariore, in hyeme uero frequentiores. Quandoque uero contrario, uirtus solis ad hoc usque ualeat, quod uapores multiplicat, sed tamen non potest eos desiccare, & tunc superabundant pluuia, & est ratio diluuii aquam. Quandoque uero medio modo se habet, ut. i. uirtus solis non solum operetur ad eleuationē uaporum, sed etiam habet uictoriam super eos, ut nō rari multiplicentur quod diluuium inducere possint: neque etiam uapores oīno desiccantur ut pluuia non sequat, & ex hac media dispositione, vel comparatione solis ad uapores causatur iris, quæ non apparet uaporibus omnino desiccatis, neque etiam eis omnino in aere superabundantibus, & iō iris est signum diluuii non futuri, in quantum procedit ex tali causa, quæ repugnat diluuiio. Ideo autem scriptura tali modo loquendi uicitur, quia per iridem significatur Christus, per quem protegitur a spiritali diluuiio.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod iris procedit naturaliter ex talibus causis, quæ repugnant diluuiio, & ideo conuenienter iris dicitur esse signum diluuii non futuri.

AD SECUNDUM Dicendum, quod iris potest significare pluuias, sed non superabundantes usque ad hoc, quod faciant diluuium.

AD TERTIUM Dicendum, quod iris semel apparsit significat quod tandiu nō erit diluuium, quamdiu sol & uapores in eadem dispositione consistunt, & ideo non est superfluum quod frequenter apparet.

ARTICVLVS XXXI.

Vtrum mundum non esse æternum possit demonstrari.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod mundus esse æternus. Si enim mundus esset æternus, non posset cōputari numerus annorum ab initio mundi: hic autem numerus ascribitur paschali cereo. sic ergo non posset paschalis cereus in ecclesia bñdici. ¶ Præter. Epacta computatur secundum excessum annorum lunarium super annos solares: sed talis excessus computari non posset, si mundus esset æternus. ergo mundus non est æternus. ergo demonstrari potest quod mundus non sit æternus.

SED CONTRA. Id quod est fidei, demonstrari non potest, quia fides est non apparentium, ut dicitur ad Hebr. 11. sed mundum ex quodā principio temporis esse creatum, est fidei articulus: unde & propheticæ a Moysē dictum est. In principio creauit Deus cælum & terram, ut Gre. dicit in 1. Hom. Ege. ergo mundum non esse æternum non potest demonstratiue probari.

RESPON. Dicendum, quod ea quæ simpliciter uoluntati diuinæ subsistunt, demonstratiue probari non possunt, q̄ aut dicitur ad Cor. 2. Quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei. Creatio autem mundi non

9. 24.

9. p. 4. 1. 2. 9. ad 2.

non dependet ex alia causa nisi ex sola Dei voluntate, unde ea quæ ad principium mundi pertinent, demonstratiue probari non possunt, sed sola fide tenentur prophetice per spiritum sanctum reuelata: sicut Apostolus post præmissa verba subiungit, Nobis autem reuelauit Deus per spiritum sanctum. Est autem valde cauendum, ne ad ea quæ fidei sunt, aliquas demonstrationes adducere præsumat propter duo. Primo quidem, quia in hoc derogat excellentiæ fidei, cuius veritas omnem rationem humanam excedit secundum illud eeclesiæ. 3. Plurima sensuum hominis ostensa sunt tibi: quæ autem demonstratiue probari possunt, rationi humanæ subduntur. Secundò, quia cum plerumque tales rationes frivole sint, dant occasionem irrisionis infidelibus, dum putant quod propter rationes humanas, his quæ sunt fidei assentiamus, & hoc expresse apparet in rationibus hic inductis, quæ derisibiles sunt, & nullius momenti.

Quod enim primo inducit de cereo paschali, non habet robur, nisi auctoritatis probare autem per auctoritatem, non est demonstratiue probare, sed fidem, vel opinionem facere: & tamen multo esset ualidior auctoritas sacre scripturæ, quam benedictio paschalis cerei, præsertim cum sine ascriptione annorum mundi cereus paschalis benedici possit. Nō enim est de necessitate paschalis cerei talis ascriptio. Unde in multis terris non est consuetum, quod aliquid cereo ascribitur.

Quod etiam secundo opponitur, derisibile est: non enim ex crescentiæ annorum lunarium ad solares computantur ab initio mundi, sed ab aliqua determinata radice, puta, ab aliqua oppositione solis & lune, vel ab aliqua coniunctione, vel ab aliquo huiusmodi, sicut est in omnibus aliis computationibus astronomicis.

A ret trib. personis. ergo est nomen essentiale: sed nullo essentiale multiplicatur in diuinis. ergo non possumus dicere quod in Deo sint plures idee.

RESPON. Dicendum, quod duplex est pluralitas. vna quidem est pluralitas rerum, & secundū hoc non sunt plures idee in Deo. Nominat enim idea formam exemplarem. Est autem una res quæ est omnium exemplar. I. diuina essentia, quam omnia imitantur, in quantum sunt, & bona sunt. Alia uero pluralitas est secundum intelligentiæ rationem, & secundum hoc sunt plures idee: licet enim omnes res in quantum sunt, diuinam essentiam imitentur, non tamen uno & eodem modo omnia imitentur ipsam, sed diuersimode, & secundum diuersos gradus. Sic ergo diuina essentia secundum quod est imitabilis hoc modo ab hac creatura est propria ratio, & idea huiusmodi creature, & similiter de aliis: unde sicut in hoc sunt plures idee secundum quod intelligitur diuina essentia secundum diuersos respectus, quos res habet ad ipsam, eadem diuersimode imitantes: huiusmodi autem respectus non solum intelliguntur ab intellectu creato, sed etiam ab intellectu increato ipsius Dei. Scit. n. Deus & ab æterno sciuit, quod diuersæ creature diuersimode essentiam imitaturæ, & sicut in hoc ab æterno fuerit in mente diuina plures idee, sicut rationes propriæ rerum intellectæ in Deo. Hoc enim significat nomen idee, ut sit. sicut quæ iam forma intellectæ ab agente, ad cuius similitudinē exterius opus producere intendit, sicut edificator in mente sua præcipit formam domus, quæ est quasi idea domus in materia hęc.

C AD PRIMUM ergo dicendum, quod Aug. intelligit esse aliam & aliam rationem secundum diuersitatem respectuum, ut dictum est.

AD II. dicendum, quod cum dicitur. Secundū hoc res sunt distincte, prout Deus earum distinctionē cognoscit, hæc locutio est duplex: quod enim dicitur, secundum quod Deus cognoscit, potest referri ad cognitionem diuinam ex parte cogniti, uel ex parte cognoscentis. Si ex parte cogniti, sic uera est locutio: est enim sensus, quod hoc modo res sunt distincte, sicut Deus cognoscit eas esse distinctas. Si uero referatur ad cognitionem ex parte cognoscentis, sic locutio falsa est: erit enim sensus, quod res cognite illum modum distinctionis habent in intellectu diuino, quem habent in seipsis: quod falsum est, quia in seipsis res sunt diuersæ essentialiter, non autem in intellectu diuino, sicut et res in seipsis sunt materialiter, in intellectu autem diuino immaterialiter, & in hoc ultimo sensu procedebat obiectio.

AD III. dicendum, quod ratio illa procedit de pluralitate reali, talis enim pluralitas in nominibus essentialibus non inuenitur, sed solum pluralitas quæ est secundum intelligentiæ rationem.

QVÆSTIO II.

DEINDE quæsitum est de pertinentibus ad potentiam Dei.

- ¶ Et primo, Vtrum in Deo sit uirtus.
- ¶ Secundo, De quodam effectu diuinæ uirtutis, utrum saque sint super caelos.
- ¶ Tertio, Ad quod uirtus diuina se extendere possit.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo sit uirtus.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod in Deo non sit uirtus, quia ut Phil. dicit in 1. de celo.

1. d. 36. q. 2. d. ar. 100. a. 139.

2. p. q. 2. ar. 1. 2. & cõtra 1. 4. 93. q. 4.

INCIPIIT QVODLIBET QVARTVM.

QVÆSTIO PRIMA.



QVÆSTIO PRIMA est de rebus diuinis & humanis.

- ¶ Circa res diuinas quæsitum est.
- ¶ Primo, De essentialibus.
- ¶ Secundo, De personalibus.
- ¶ Circa essentialia quæsitum est.
- ¶ Primo, De scientia Dei.
- ¶ Secundo, De eius potentia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Deo sint plures idee.

CIRCA scientiam quæsitum est, utrum in Deo sint plures idee, & ut quod sic. Dicit. n. An. 1. 83. q. quod Deus singula propriis rationibus creati, & alia ratione hominem, & alia ratione equum: sed rationes rerum in mente diuina dicuntur idee, ut patet per Aug. ibidem. ergo sunt plures idee.

¶ Præter. Secundum hoc iunt aliqua distincta, quod Deus earum distinctionem cognoscit: cognoscit autem earum distinctionem in seipso. ergo distinctarum rerum sunt in Deo plures & distinctæ idee.

SED CONTRA. Oñ nomen quod in diuinis dicitur, aut est essentialiale ut Deus, aut personale ut pater, aut notionale ut generans: sed hoc nomen idea neque est personale, neque notionale, quia non conueni-